Baronum; utrumque tamen anſam præbuit memorato D.
Duci debitori reclamandi ab antedictis mandatis in Tribu-
nali Aud.Cam. expeditis, eo ſub obtentu, quòd controver-
ſa Cambia, hoc interim unà cum prænominato credito cen.
ſuali per Dom. Principem Burgheſium ceſſa favore Do.Prin-
cipis Odeſcalchi, utpotè creata ex fructibus dicti cenſus,
ipſorumque reſpectivè cambiorum, ſubjaceant damnato fœ-
nori *Antiochiæ*, ſeù *Anatociſmi*, deſumpto ex Imperatoria
ſanctione *in l.fin.C.de uſuris*, prohibente uſuras, tam præte-
ritas, quam futuras, in ſortem redigi: delegata proindè-
que per *Signaturam Juſtitiæ* cauſa Tribunali noſtro, pronun-
ciatum fuit præviis duabus deciſionibus cor. R.P.D. Capra-
ra, editis ſub diebus 21. Junii 1697. & 13. Januarii 1698. pro
executione ipſorum Mandatorum A.C. repulſa tamquam
inſubſiſtenti propoſita exceptione damnati fœnoris; & cùm
ultimo loco iterùm Signaturæ Juſtitiæ viſum fuerit huius
cauſæ reviſionem mihi demandare cum clauſula -. *Alteri qui
ad legitimam*, propoſui deſuper in hodierna audientia con-
ſuetum dubium, quod denuò DD. pro ulteriori executione
reſolverunt, eam non minùs exigente validitate ipſorum
Mandatorum non oppugnata, quam Juſtitia ſatis præfulgen-
gente ex præadductis deciſionibus, R.P.D. mei Capraræ,
atque ex aliis infrà deducendis, ut aliàs dixit Rota coram
Celſ. *dec.63. n.4.* in Bononien. fideicommiſſi de Ghiſellis 26.
Junii 1693. *§. fin.* cor. R.P.D. meo Caprara, & in Foroli.
vien. cautelæ Angeli 23. Iunii proximè præteriti, *§. primo*,
coram Me.

Iuſtitia ſanè DD. iterùm indubitabilis apparuit; nam
quoad fructus cenſus etiam in mandatis contentos nulla a-
derat quæſtio, & reſpectu ſortium, ac fructuum cambio-
rum creditum convincebatur ex publicis Inſtrumentis obli-
gationis camerali vallatis paratam executionem in ſe ha-
bentibus; Rot. coram Coccin. *dec.2295. in princ.* in Romana
cambiorum 26. Junii 1697. *§. Cum enim*, cor.bo.me. Urſino
Decano, & in alia Romana cambiorum 9. Decembris eiuſ-
dem Anni *§. Sanè*, cor. Me.

Haud obſiſtente repetita in adverſum exceptione dam.
nati fœnoris, ſeù *Anatociſmi* ex *d.l.fin.* deſumpta: quamvis
enim ad præſervandam iſtorum Mandatorum executionem
ſatis pro reſponſione fuiſſet, quòd altiorem indaginem ta-
lis exceptio requirat, indèq; in hujuſmodi Iudicio reddatur
inefficax ad petitam executionem impediendam, ut in ge-
5 neralibus terminis objectarum uſuraurm advertit Scacc. *de
Camb. §.7. Gloſſ.5. n.57.* Rota poſt Zacch. *de oblig.Cam.dec.149.
n.13. in recent.dec.55. nu.2.part.15.* & in puncto Anathociſmi,
Cothman. *reſp.52.tom.2.* Fortiùs quia eadem mandata decre-
ta, & relaxata fuerunt multis ab hinc annis, & in Congre-
gatione Baronum exhibita abſque ulla oppoſitione Ducis de.
bitoris, unde eò magis veniunt exequenda, ad Text. *in l.
2. C. de execut. rei Judic.* Rot. coram Coccin. *dec.1079. n.7. &
8.* coram Bich. *deciſ.157. num. 19.* & in Melevitana Bonorum
4. Januarii 1692. *§. Res enim*, coram bon. memor. Urſino
Decano.

Pro totali illius everſione (præciſivè etiam ab inſpectio-
ne, an diſpoſitio *dictæ l.finalis* procedat tantùm in uſuris il-
licitis) animadvertebant pariter DD. non omnem fructum,
ſeù uſurarum converſionem in ſortem, per d. legem pro-
hibitam fuiſſe, prout contra veriorem apud doctores, &
magis ut infrà receptam in foris ſententiam indefinitè aſſe-
rere viſum fuit nonnullis ſignanter exteris puro verborum
eiuſdem legis cortici inhærentibus; ſed dumtaxat illarum
uſurarum, vel fructuum converſionem, *quæ fit deceſſoriè, ſeu
augumentativè*, ad antiquam ſortem, vel cum ſuperfœtatio-
ne fructuum ad fructus, antiquo eorumdem credito non
extincto, minùſque novato, in quibus equidem terminis
conſtituitur vera *Anathochia, ſeu Anatochiſmus*, in odium
fœneratorum, & ne mergantur debitores, per Juſtinianum
in dicta l.fin. damnatus, ut ex ipſius legis contextu deſumi-
tur. Cum enim antiquæ legis & ſi uſuras uſurarum prohibe-
rent, callidi nihilominùs fœneratores eas hac fraude elude-
re tentaſſent, ut uſuras ſortis applicarent, deindèque totiùs
illius ſummæ uſuras exigerent, quod per jus civile tolera-
tum permiſſumque fuerat, ut obſervat Cuiac: *ad l. 20. C. de
uſuris*; quia tamen eo caſu fuiſſet legem imponere verbis, &
non rebus, hanc uſurarum ac ſortis applicationem fructuum-
que ſuperfœtationem meritò prohibuit *Imperator* laudata
Conſtitutione, quia id re ipſa erat uſurarum uſura, quod
antiqua Iura prohibeant exigere, ſed uſuras ſemper uſuras
manere nullumque uſurarum incrementum dari decrevit,
ut ſuper eadem *l.fin.* notat Gloſſ. *in figuratione caſus*, & non
obſcurè relato Cicerone in Epiſtola ad Atticum, Budeus
in adnot. ad pandectas *in l. nihil intereſt, de naut.fœnor.* Andr.
contr.210.n.1, Faber. *de error.pragmatic.decad.20.error.1.in princ.*
Giball. *de uſur.c.5. artic.9. confectar. 5. num. 16.* Avendan. *de
Cenſ.cap.39.num.11.* Crivell. *deciſione Dolana 103. num. 13.* Ber-
lich. *deciſ. 208.num. 8.* & Chriſtin. *deciſione Belgic. 49.
numer. 12.*

Propoſitæ ſpeciei non ſunt Cambia de quibus agitur; ſed
totaliter diverſæ, & ab allegata lege non damnatæ, quo.
niam (attamen etiam confeſſione D. Principis Burgheſii
emiſsa in ſupradictis poſitionibus, cambia creata fuiſse ex
fructibus cenſus, priorumque reſpectivè cambiorum, & non
in pecunia numerata, prout Inſtrumenta loquuntur) eadem
contracta fuerunt *non augmentativè*, nec *acceſſoriè* ad priorem 7
ſortem, neque cum *ſuperfœtatione* fructuum in vim præce.
dentis pacti, vel fixæ determinationis, ſed ex mera par-
tium voluntate, quinimò ad complacendum ipſi D. Duci
debitori per viam extinctionis antiqui debiti fructuum, ac
novationis diſtinctos ſeparatoſque contractus cambiorum
deſuper initos, ſaltem brevi manu ex fictione legis, citra
aliquam machinationem, fraudem, ſeu dolum, ad quem eli-
minandum edita fuit prohibititio *d.l.fin.* Nam ultra contra-
riam Juris præſumptionem magis adauctam ex qualitate Ma.
gnatum hujus Ordinis, Principiſſa Camilla, & Princeps ne.
pos non fuerunt in mora exigendi uſuras, ut eas poſtmodum
data opera in fructiferam ſortem converterent, indèque Du-
cem debitorem graviori ſorte onerarent, & ad extremum
redigerent; ſed potiùs eidem D.Duci in anguſtiis rei fami-
liaris poſito, & affinitate conjuncto, complacendi cum ma-
ximo ipſorum incommodo, & damno, cum carere neceſse
habuerint pecuniis, quas alioquin, ſi eiſdem ſolutæ fuiſsent,
in creditum fructiferum veriſimiliter implicaſsent: ideòque
non ſuæ, ſed debitoris potiùs utilitati proſpexiſse dicendum
eſt, ſicuti appoſitè objectæ fraudi, vel machinationi ex hoc ca-
pite deſumptæ, reſpondent Vomager. *de uſu Uſurar.cap.5. de
Jur.Civil. num.153. cum ſeqq.* & ſignanter *num. 157.* Mævius
de Debitor. cap. 4. ſect. 6. num.28. Berlich. *dec.68.n.8. in fin.* Et
ſi deindè creditum fructuum & uſurarum præteritarum in
novas ſortes redactum fuit id obvenit in ſublevamen pari-
ter ejuſdem Ducis debitoris, ne ſuorum bonorum diſtractio.
nem per viam ſubhaſtationis viliori pretio pateretur, ut ele-
ganter diſerit Avendan. *de Cenſibus cap. 39.n.13.* cui ſignan-
ter tam ingenti, & adeò qualificato ſublevamini erga debi-
torem non reſpexit Bruneman. *in adverſum citatus in d.l.fin. in
fin.* ut nil mirùm, ſi inciderit in errorem, indiſtin-
ctè aſſerendo, quòd debitores ex rigore creditorum, ad con-
vertendas uſuras in ſortem cedere cogantur, quia indè ali.
quid commodi recipiant.

In qua namque diverſa fructuum converſione in ſortem
per viam præcedentis debiti fructuum extinctionis, qua-
cumque fraude, ſeu machinatione remota, *verior, & com-
muniter in foris recepta* opinio eſt hujuſmodi *l.finalis* diſpoſitio-
nem ceſsare, & uſuras in ſortem independentem redactas
parere uſuras, eaſque tanquam ex nova radice productas exi-
gi poſse, juxta ſententiam originariam ab eadem gloſsa ſu-
per eadem *l. finali verb.ponere*, quam ſequuntur & laudant Al- 8
beric. *in l. Socium qui in eo verſ. dic.quod aliquando, ff. pro Socio*,
Barboſ. *ſuper eadem l.final. num.4.* Ruin. *conſ.55. ſub n.18. verſ.
nec obſtat lib.2.* Fab. de Ann. *conſ. 48.n. 26. lib. 1.* Lothman. *con-
ſil.18. num. 218. lib. 1. conſ. 52. num.146. cum ſeqq.264. & 294.
lib. 2. & conſ. 38. n. 17. lib. 4.* Roſ. *obſerv.11. num.11. & ſe-
quentib.* Andreol. *controv. 28.num. 8.* Scip. Theodor. *alleg. 40.
num. 61.* Vomager. *de uſu Uſurar. de Jur. Civil. cap. 5. numer.
128.* Staiban. *de intereſſ. lib. 1. quæſt.16.num.8.* Scac. *de Camb. §.
7. gloſ. 2. num. 54. cum ſequent.* Roderic. *de ann. reddit. lib. 3.
quæſt. 7. n. 28. verſ. hac autem ſententia*, Marquad. *de Mercat.lib.
2. cap. 8. n.53.* Mævius *de debit. cap. 4. ſect. 6. ſub n. 25. cum ſeq.
num. 28.* Avend. *de Cenſ. cap.38. n. 11. & 12.* ubi in fine ait,
hanc ſententiam eſse veriſſimam, in judicando, ac con-
ſulendo tenendam atque ſequendam, Gibalin. *de uſuris lib.
2. cap.5. artic. 9. confect.5. per tot.* Duard. *de Cenſ. §. 4. quæſt.
38. per tot.* Altimar. *ad Rovit. deciſ. 9. in addit. ad n. 36.* Et ſe-
cundum hanc opinionem Gloſſæ reſponderunt Tribunalia
tam extera, ut apud Milanen. *deciſ. 8. num. 359. lib. 1.* Lin-
glois *dec.15. quæſt.14.* Cavalcan. *dec. 21. ſub n.3. lib. 1.* Maſtrill.
dec.124.n.8. Giurb. *dec. 24. n. 34.* *Chriſtin. deciſ. Belgic. 49. n.
10. p. 1.* Berlich. *deciſ. 168.8n..part. 2.* Crivell. *deciſ. Dolan.
103. numer. 10.* ubi refert ita reſpondiſse Senatum alio-
quin fraudibus, & uſuris adverſum, Latr. *deciſ. 88. n.14.*
quàm noſtrum, ut in alia Romana Cambiorum 26. Junii
1697. cor. bon. mem. Urſino Decano, & in Avellina, ſeu
Nullius præſtationum 9. Maii 1998. *§. Injuſtitia*, cor. R.P.
D. meo del Olmo.

Hæcque opinio tot DD. calculo, totque Tribunalium
reſo-

reſolutionibus, in civili, & in aliis contractibus, in quibus
ut hìc, ſtipulatio intercedit, ut diſtinguendo ipſimet tra-
dunt, videlicet Bartol. *ſuper eadem lege ſingularia numer. 2.*
Bald. *ſub. nu.33. in fine*, Paul. *de Caſtr. ſub numer.23.* Jaſon. *ſub
num.3.* & Salicet. *num.14.*

Prætereà, & ſi per modum diſcurſus ad effectum con-
vertendi debitum fructuum antiquum in novas ſortes fructi-
feras requireretur pecuniæ oblatio in præſentia, ſeu ſaltem
pecunia ſolutioni parata poſthabitis fictione legis, & ſtipu-
latione, adhuc utraque qualitas non deficeret; non quidem
obligatio pecuniæ in præſentia, nam ſingula cambia cele-
brata fuerunt mediantibus ordinibus directis numulariæ S.
Spiritus per Ducem debitorem actualiter ceſſis, ſeu giratis,
& per ejus ceſſionarios, vel giratarios exactis, *ut Summario
Domini Principis Actoris num.1.* cum ſequentibus; non urgente
præadducta ipſius Principis confeſſione, quòd hæc geſta fue-
rint fictitiè, & per apparentiam, cum verè Cambia contra-
cta fuerint ex fructibus; nam nihil detrahunt fictioni, ſeu
apparentiæ à Jure inductæ, quia lex in hac parte non ex-
quirit realitatem actus, dum aliàs eſſet fruſtatoria, & de
vento, ſed contentatur ipſa fictione, & apparentia, juxta
9 doctrinam Bartol. *in dicta l.ſingularia ſub numer.20.* Bald. *num.
33.* Paul. *de Caſtr. num.23.* Bolognet. *num.8.* & Cagnol. *num.
18. ff. ſi cert. petat.*

Nec pariter deficit pecunia ſolutione parata; etenim in
his terminis ad effectum, ut pecunia parata ſolutioni dica-
tur, doctores noſtri non exigunt, quòd debitor habeat pe-
cuniam in marſupio, ſed quòd habeat facultatem ſolvendi,
inſpectis ſcilicet qualitate perſonæ, & bonis per ipſum poſ-
ſeſſis, ut præ cæteris admonent Baldus *in eadem lege ſingula-*
10 *ria ſub nu.33.* Salicetus *num.16.* Fulgoſ. *num.20.* Cagnol. *nu.40.*
& Bolognett. *ſub num.7. propè finem, & ſub nu.10.*

Abſque eo, quòd iſtiuſmodi fictione, ac præſentiali pecu-
niarum oblationi, ſeu facultati eas ſolvendi, in debitore ob-
ſtet ſæpè dicta confeſſio domini Principis, dominum Du-
cem debitorem has pecunias ad ſolvendum antiquum credi.
tum fructuum non habuiſſe; præterquàm quòd præcedere
poterat ſolutio pecuniarum ad cambium, prout in interme-
dio cambio de anno 1670. contracto geſtum fuit, & ex ea-
dem cambii pecunia dominus Dux præcedentes fructus ex-
ſolvere, ut paſſim practicatur in his mutuis ſtipulationi-
bus, ſicuti videre eſt penes Sperel, *dec.28. num.73.* adhuc ex
11 hac confeſſione nil aliud concluderetur, quàm quædam mo-
ralis difficultas, per quam dominus Dux non valuiſſet abſ-
que ejus incommodo ſolvere fructus decurſos; non autem
impoſſibilitas phyſica, & naturalis, ita ut ſi Dux voluiſſet
cum aliquo ipſius incommodo ſolvere, non potuiſſet, vel ac-
cipiendo pecunias ad intereſse, ad finem hoc debitum exſol-
vendi, quod impoſſibile de eo tempore eidem non erat,
prout liquet etiam ex quo ſicuti Dominus Princeps Odeſ-
calcus hæc credita contra Dominum Ducem emit à Domi-
no Principe Burgheſio, eadem facilitate dare potuiſſet pe-
cunias Duci ad effectum eumdem creditorem dimittendi
reportata ceſſione jurium translativa, & non extinctiva, ſeu
diſtrahendo pretioſa mobilia, vel alienando feuda, aliaque
ſtabilia, & quod magis eſt ad hunc præciſum finem, & effe-
ctum præſentialis pecuniarum obligationis, inveriſimile
prorſus reddebatur in tanto Duce, quòd nec momentaneam
mutationem, *vel amico, ſeu ab affine reportare potuiſſet*, quæ
cuilibet alteri longè inferioris notæ difficilis obtentu non
eſt. Ad hoc autem, ut ratione impoſſibilitatis prænotata
l. fictio, ſequi non poſſit, non ſufficit impotentia, moralis, ſed
requiritur ſub phyſica, & naturali, Zaſ. *ſuper dicta l.ſingula-
ria num.16.* Alciat. *num.10.* *Caſtrenſ. ſub nu.4. & 26.* & Jacob. de
Aren. *Inſtit. lib.4. tit. de action. §. Præjudiciales ſub num.23.* & hic
12 poſſibilis confeſſionis intellectus ſufficit, ut ad favorem
Principis confitentis veniat amplectendus, ex Rota *in re-
cent.deciſ.443.n.3.p.1.dec.191.nn.5.p.11.dec.174.n.7 & 8.par.17.*
& in Piſauren. Hæreditatis 5. Decembris præteriti, *§. Quin
iterùm circa finem*, coram Me, præcipuè cum hæc tenderet
ad excluſionem actus illiciti, Rota coram Gregor. *dec.476.
nu.6.* coram ſacr. me. Alexandro VIII. *deciſ.253.n.14. & 15.
& in recent. dec.17. num.11. part.18.*

Demùm nec pro excluſione novationis, & extinctionis
antiqui debiti fructuum recurri potuit ad anterioritatem
fructuum cenſus deductam, ut præmiſſum in exordio fuit,
coram Congregatione Baronum, eamque in ſucceſſivis
Cambiis transfuſam; quandoquidem ultra generalem reſ-
ponſionem, quòd reſpectu Cambiorum in ſui origine crea.
torum favore Dominæ Principiſsæ Camillæ Aviæ, inanis
reddebatur diſceptatio ſuper intentione domini Principis
circa allegatam hujuſmodi anterioritatem, cum potiùs in-
quiri neceſse fuiſset intentionem dictæ Principiſse contra-
hentis, quæ conformis præſumi debet qualitati actus in ſe
nullam anterioritatis præſervativam continentis, Cardin.
de Luca *de Jurepatr. diſc.15.nu.9.ad med.* Rot.cor. Ubald. *dec.
13. num.2. & 3.* Talis anterioritas fructuum, eorumque in 13
nova Cambia transfuſio confeſsata non fuit à Domino Prin-
cipe, ſed tantùm ab ejus defenſoribus tam in voce, quàm
in ſcriptis extrajudicialibus expoſita, quæ idem Principi
obeſse non valuerunt, juxta notata per Rotam coram Coc- 14
cino *deciſ.1980. nu.45. & 46. & in recent. deciſ. 104. num. 44. p.
6. et deciſ.64. num.29. part.17.*

Quinimò cum eadem anterioritas, atque transfuſio re.
jectæ deindè fuerint per Congregationem Baronum, in ali-
quo attendendæ non veniunt; inſpici quippè non debet quid
Partes in judicio petierint, ſed quid fuerit per Judicem con-
ceſsum, *vulgar.l.1.C.de diverſ.reſcript.* Rot. in Romana Legati 15
27. Novembris 1693. *§. Objecta autem*, coram bo.me. Urſino
Decano in Bononien. Diviſionis 10. Maii 1697. *§. Minùs obſi-
ſtit*, coram me, & priùs favore ipſiuſmet Principis in Ro-
mana Dotis ſuper reſtitutione quoad reſervata 14. Martii
1695. *§. Duciſſa Voluntas, in fin. pariter*, coram me.

Eòque magis quia allegata non fuit inſimul cum hac an-
terioritate, & transfuſione, duratio antiqui crediti fru-
ctuum, neque prætenſum fuit ipſorum ſubſtantialia jura
vigere, ut tunc ad ſenſum DD. in contrarium deducto-
rum excluſa novatio remanſiſset, ea ratione, quia ſubſtan-
tia, & firmitas primi contractus ſtare non poſset cum ſub-
ſtantia, & firmitate ſecundi; ſed dumtaxat relata fuit an.
terioritas hypothecæ, uti quid accidentale; quo namque
caſu illius reſervatio, & ſi expreſsè adjecta fuiſset in ſubſe-
quutis contractibus, novationem minimè impediviſset,
ut generaliter in terminis qualitatis accidentalis diſtin-
guunt atque declarant Gozzadin. *conſil.28. numer. 12. in prin-
cipio* Amat. *reſol.50. numer.2.* & in ſpecie transfuſionis Ju-
rium, ſeu retentionis propriæ hypothecæ, vel illius tranſ- 16
fuſionis in novum contractum, Roccha *diſput.137. num. 28.
cum ſeqq.* Merlin. *de pignor.lib.5. quæſt.20. nu.19. et 25.* Olea *de
Ceſſ.Jur.tit.4.quæſt.1.ſub n.33.* Cenc. *de Cenſibus quæſt.103. ſub n.
17. verſ. cæterùm*, Mart.Medic. *dec.Senen.exam. 41. nu. 43.* Rota
coram Dunozet. Jun. *dec.69. ſub num.2.* coram Merlin. *deciſ.
66. num.1.* coram Priolo *deciſ.250. num.15.* in Tuſculana Bo-
norum 18. Junii 1694. coram Reverendiſſimo D. meo Moli-
nes Decano, & in puncto ſimilis anterioritatis in hoc præ-
ciſo caſu in dicta Romana Cambiorum 27. Junii 1697. *§.
Haud. reſiſtente*, coram bo.me. Urſino Decano.

Duplici oppoſitione nullatenùs attenta; non altera, quòd
id procedat, quando novus contractus fit inter debitorem,
& tertium, non autem ut hìc inter debitorem, & credito-
rem: verius ſiquidem eſt, quòd ejuſmodi ſubingreſſus per
viam novi contractus detur etiam creditori, ut eidem li-
ceat in jura ſui antiqui crediti ſubintrare, illiuſque uti in no-
vo contractu cum eodem debitore inito, ſicuti diſcuſſo for.
miter articulo tenet Carleval. *de Judic.tom.2. lib.1. tit.3. diſp.* 17
35. num.14.

Minùſque altera, quòd reportata non fuerit contempo-
ranea ceſſio translativa jurium anteriorum, ſub qua hypo-
theſi loquatur præadducta deciſio in Tuſculana Bonorum
coram Reverendiſſimo D. meo Decano, eò quia quidquid
foret de hujuſmodi aſſumpto, tunc ſolùm diſputabili, quan-
do ageretur de principaliter difinienda hujuſmodi anterio-
ritate, vel non, ſecùs autem hodie ad effectum judicandi,
an ſequuta fuerit novatio ad favorabiliorem, cujus reſolu.
tionem potiùs conducit omiſſio reportatæ ceſſionis, & re-
ſervationis anterioritatis in Inſtrumentis novorum contra-
ctuum, atque *ex tali* omiſſione perperam conjectura deſu-
mitur, quòd contrahentes antiquum debitum fructuum in
ſuo eſſe fructuum *redigere voluerint in ſortem ſubalterna*, dedu-
cendo uſuras uſurarum damnatumque *anatochiſmum*, eò quia
hoc aſſumptum nullibi probatur, & repugnat litteræ ipſo-
rum Inſtrumentorum ipſi novationi ſuperiùs firmatæ, &
partium intentioni; nam aliàs tot cautelas non adhibuiſ-
ſent in celebrando novos, & diſtinctos contractus, prævia
ſolutione fructuum, & nova creatione Cambiorum cum Or-
dinibus directis nummulariæ S. Spiritus, deinde à Domino
Duce per intermedias perſonas exactis, & demùm præſum.
ptione juris, juxta quam ſemper in dubio contra uſuras in.
clinare debet judicis religio, Poſth. *dec.Bomon.21.n.15.* Rota
in rec.dec.35.nu.18. et deciſ.153.num.9.part.4.tom.2.

Ceſſatque penitùs difficultas, cum tali prætenſioni ante-
rioritatis per defenſores D. Principis deductæ acriter ex
adverſò fuerit oppoſitum, eidemque oppoſitioni adhæ-
ſerit congregatio Baronum, quæ anterioritatem petitam
denega-

denegavit, ut hodie tantò minùs obiici poſſit, ad regulam Text. in cap. ex eodem de Regul. Jur. in 6. Gratian. diſcept. 276. n.
20 35. cum ſeqq. Card. Albic. de inconſtant. in Judic. q. 24. ſub nu. 5. Rota coram Carill. deciſ. 135. num. 5. cum ſeqq. & dec. 178. nu. 4. et in rec. dec. 299. nu. 9. part. 18.

Et ita concluſum partibus inter ſe acriter contendentibus.

R. P. D. URSINO,

Eugubina Salviani,

Lunæ 27. Februarii 1690.

ARGUMENTUM.

Pertractatur de eadem quæſtione agitata per Cardin. de Luca in diſc. 6. de credit. an pro fructibus recompenſativis eademmet detur anterioritas, quæ pro ſorte tribuitur.

SUMMARIUM.

1 *Creditor pro pretio rei venditæ præfertur in ipſa re cæteris creditoribus, quoties dominium præſervaverit.*
2 *Non tamen competit eidem prælatio pro fructibus recompenſativis poſt initam venditionem decurſis,* & n. 5. *Limitata tamen, ut n. 6.*
3 *Eadem anterioritas, ſeu prioritas, quæ competit pro ſorte, competit quoque pro fructibus, declara, ut* n. 4.
7 *Reſervatio dominii facta pro fructibus uſque tunc decurſis non operatur quoad ecurrendos.*

DECISIO IX.

Immiſſio quæ fratribus de Bentivolis ſub die 15. Februarii 1686. conceſſa fuit adversùs fratres de Conventinis in poſſeſſione controverſi prædii *della Gorgnola*, pro reſiduo pretii d. predii ſub reſervatione dominii venditi Comiti Franciſco Benio communi debitori, quæque in hodierna hac audientia iterùm confirmationis robur obtinuit, per aliam deciſionem coram me pariter editam ſuper negotio principali, dubitatum hodie fuit, *an eſſet etiam concedenda pro fructibus recompenſativis ejuſdem crediti;* & domini in negativam abierunt ſententiam.

Licèt enim dicti fratres de Bentivolis pro reſiduali pretio controverſi fundi ab ipſis venditi, ac pro ea etiam parte pro qua Emptor ſibi cenſus accollavit, & non extinxit, ſint potiores, & præferendi omnibus creditoribus dicti emptoris, & jam anterioribus uſque ad integram d. pretii ſatisfactionem, attenta reſervatione dominii, & hypothecæ inter partes conventa, juxta cenſuram textus in l. cum manu ſata 80.
1 in fin. ff. de contrahen. empt. de qua Mart. vot. 43. in fin. Gratian. diſcept. 523. n. 14. Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 1. q. 41. ſub n. 53. & ſeqq. & aliis relatis in Bononien. concurſus 13. Junii 1681. §. finali coram me, & in præſenti deciſione hujus cauſæ edita pariter coram me ſub die 25. Junii 1685. §. pariter finali.

Attamen hypotheca privilegiata ſupra creditores tempore anteriori non competit, nec pro fructibus recompen-
2 ſativis debitis tamquam acceſſionibus dominii, & ex natura contractus, neque etiam pro aliis prætenſis, uti expreſsè promiſſis, & comprehenſis ſub eadem ſpeciali hypotheca, non quidem ex natura contractus, quia regula juris ex parte adverſariorum adhunc effectum deducta, quòd videlicet ejus anterioritas, quæ competit ſorti; trahatur etiam ad fructus tamquam illius acceſſiones, de qua text. in l. Lucius, ff. qui
3 pot. in pignor. hab. & Rot. dec. 393. n. 6. et ſeqq. coram Celſ. et dec. 77. n. 5. et 9. penes Urceol. de Tranſact. et in recent. dec. 382. nu. 3. part. 5. et dec. 104. n. 9. et ſeqq. part. 19. procedit ſolùm, quando fructus provenirent à ſorte transfuſa in aliquem contractum de ejus natura fructiferum; ſecùs autem quoties prout hìc prætenduntur uti quædam acceſſiones extrinſecæ pendentes à dicto pretio, pro quo fuit reſervatum dominium; hoc enim caſu potioritas competens ſorti, ex reſervatione dominii, aut ex aliquo alio privilegio, trahitur ad ipſas acceſſiones, quemadmodùm advertunt Peregr. de fideicomm. art. 42. n. 46. Gratian. diſcept. 42. n. 31. et ſeqq. Card. de Luca de dot. diſc. 145. nu. 40 cum ſeqq. & per inductionem plurium Jurium, & exemplorum à ſimili, benè comprobat Rota in deciſ. 703. nu. 3. et ſeqq. coram Eminentiſſimo Cerro.

Maximè dum prædii fructus, in quorum locum ſubrogantur, & petuntur dicti fructus recompenſativi, jam fuerunt ab emptore percepti, & conſumpti; cum enim natu-
4 raliter dominium dari non poſſit rei jam conſumptæ, & ampliùs non extantis, illius reſervatio pro ſorte conventa nullum operatur effectum reſpectu illorum fructuum, qui ampliùs non extant, ſed iſti potiùs conſiſtunt debitum merè pecuniarium, perſonale, & indifferens, quod diverſimodè venit à ſorte judicandum, ut optimè ratiocinatur Card. de 5
Luc. de credit. diſc. 6. nu. 13. et ſeqq.

Multò autem minùs competit prętenſa potioritas pro fructibus expreſsè promiſſis, & comprehenſis ſub eadem ſpeciali hypotheca reſervativa dominii, quam ſine dubio in his terminis de jure deberi autumarunt Merlin. de pignor. 6
lib. 3. tit. 3. quæſtion. 96. num. 1. Urceol. in appendic. ad conſultat. cap. 5. num. 29. verſ. et in ſumma tom. 2. in fine, & Rota dec. 1331. num. 15. et ſeqq. coram Coccin. et dec. 481. num. 5. coram Seraph. et dec. 382. num. 4. part. 5. et dec. 206. nu. 9. et ſeqq. par. 10. rec. & in Romana Dotis 10. Maii 1686. c. et quidem, coram R. P. D. meo Hervault, ubi conſiderantes.

Etenim non ſubſiſtit in facto, quòd dicti fructus fuerint ſub ſpeciali hypotheca conventi in inſtrumento venditionis prædii ſtipulato de anno 1647. quinimò venditio ibidem legitur purè, ac liberè celebrata abſque ulla reſervatione dominii etiam quoad pretium. Quamvis autem in altero inſtrumento ratificationis ejus venditionis longè poſt ſtipulato, de anno ſcilicet 1670. conventa fuerit reſervatio dominii uſque ad integram pretii ſatisfactionem, nec non etiam fructuum; hæc tamen reſtricta noſcitur ex lectura, & contextu d. inſtrumenti ratificationis ad fructus dumtaxat uſque tunc decurſos, & debitos fratribus ratificantibus ſcutorum 58. pro reſiduo eorumdem inter contrahentes calculat. & ſolidat. quemadmodùm apertè convincitur ex illis verbis, ibi, *Quouſque verò dd. Com. Franciſcus prædictos Cenſus ut ſuprà accollatos extinxerit, et ſummas prædictas per eum ut ſupra pro reſiduo pretii, et Jurium debit. effectualiter, et integraliter ſolverit, ſibi reſervarunt dominium:* quæ quidem referri, & adaptari non poſſunt, niſi ad fructus uſque tunc decurſos, & calculatos non autem adducendos in poſterùm, & à die celebrati inſtrumenti; unde dd. reſervatio dominii, ex qua fratres de Bentivolis potioritatem deſumunt, limitata fuit ad certam cauſam ſortis, & fructuum uſque tunc decurſorum, & non valet niſi limitatum producere effectum, neque extenditur ad cauſam diverſam fructuum decurrendorum impoſterùm argumento textus in l. in agris, ff de acquir. rer. dom. et l. age 3. Cod. de tranſact. & in ſuis terminis tradunt
Noguerol. allegat. 17. num. 34. Urceol. conſult. 99. nu. 30. verſ. 7
item quando.

Et ita partibus hinc indè auditis.

R. P. D. ANSALDO.

Romana Salviani.

Veneris 13. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

Ab alto enucleatur materia pertractata per Card. de Luca in diſc. 14. de credit. an & quo caſu res alienari & hypothecari prohibita, remaneat affecta creditorum favore quoad commoditatem percipiendi fructus.

SUMMARIUM.

1 *Injuſtitia ſententiæ operatur, ut illa nomen ſententiæ non retineat.*
2 *Quæ exigantur, ut Salviano ſit locus.*
3 *In re qua alienari eſt prohibita, non operatur hypotheca nec pro commoditate percipiendi fructus.*
4 *Emphyteuta non poteſt onus infigere bonis emphyteuticis in præjudicium concedentis.*
5 *Si in conceſſione emphyteuſis prohibita fuerit alienatio cum clauſula,* & non aliàs, aliter, nec aliud modo, *non poteſt hypothecari nec ipſa commoditas percipiendi fructus.*
6 *Exceptiones quæ authori competebant, competunt quoque ſucceſſori.*
7 *Bona Emphyteutica ad dominum debent libera redire.*
8 *Hypotheca in bonis emphyteuticis ad effectum acquirendi jus percipiendi fructus, perdurare non poteſt, ſi ipſa bona ampliùs penes debitorem non exiſtant,* & n. 9.
10 *Emphyteuſis perpetua ad Dominum non revertitur niſi in concurſu fiſci hæredis non veri, ſed anomali.*
11 *In conceſſione ſimilis emphyteuſis, ſi appoſitum fuerit pactum, ne ulla prorſus obligatio imprimi poſſet, nec ſuper commoditate percipiendi fructus; eo caſu iſta ſub hypotheca non cadit, licet non agatur in præjudicium domini concedentis.*
12 *Facultas hypothecandi commoditatem nunquam comprehenditur ſub quacumque effrenatiſſima prohibitione alienationis,* & n. 13. & 14. ac 23.
15 *Itaque ſub hypotheca poni poteſt juxta libitum, & conventionem actu poſſeſſoris.*
16 *Et Hypotheca tranſit cum emphyteuſi in quemcumque poſſeſſorem,* & n. 1. 8. & 21. ac 24.

17 Ceſ-

17 *Ceſſionarius majora jura habere non poteſt, quàm cedens.*
19 *Conſolidatio emphytheuſis favore domini, ſi ſequatur ex actu voluntario, in eum tranſit hypotheca contracta ab emphyteuta.*
20 *Prohibitio vendendi, cedendi, ſeu alienandi Jura, non comprehendit commoditatem percipiendi fructus.*
22 *Diſpoſitio capere non poteſt diverſum ſenſum ab eo, ſub quo exprimitur.*
25 *Bona ex poſt acquiſita quando remaneant affecta hypothecæ antecedenter contractæ.*
26 *Præſcriptio ſtatutaria adverſus forenſem, & ignarum urgere non poteſt.*

DECISIO X.

Utrique dubio per me in hodierna propoſitione complicato, ſcilicet ex parte Aſtulphi ſuper prætenſa re judicata, & ex oppoſito ſuper immiſſione in Salviano ad inſtantiam Petri Pauli promota, reſpondentes Domini ex eodem fundamento, quo cenſuerunt, immiſſionem denegari non poſſe, in neceſſarium quoque antecedens minimè reputarunt conſtare de re judicata.

Manifeſtum quippè erat, quòd cum tota controverſia reſideret in expetita à Petro Paulo immiſſione, eo ipſo, quòd in hoc promeruerat uſque ab initio exaudiri, contrarię ſententię, ſive duæ, (prout hìc) ad normam Statuti Urbis, ſive tres ad formam juris, etiam concurrente temporis lapſu, ac poſitiva ſocordia provocantis in committenda cauſa appellationis, nuſquam tranſire poterant in rem judicatam; nam ſi deinceps apud ulteriorem judicem eniteat ratio fundamentalis primæve petitionis, conſequenter earumdem adverſantium ſententiarum emicat injuſtitia, quæ cujuſcumque rei judicatę nedum obſtaculum, ſed & nomen
1 evertit, ac tollit, ita decernente notiſſimo Text. in l. 4. §. Condemnatum, ff. de re judicata, cum quo millies proceſſit Rot. & ſignanter coram Serap. dec. 1123. n. 6. & cor. ſacr. me. Alex. VIII. dec. 161. n. 1. & 2. & dec. 185. n. 6. p. 19. rec. & in alia Romana Salviani n. 2. Decembris 1682. §. 1. cor. bon. me. Emerix Decano.

Aggrediendo itaque cardinem cauſę, prima fonte non leves utique videbantur reſponſiones adductę per Aſtulphum ad vindicandas ab iniuſtitia ſententias, quas in geminis præcedentibus Inſtantiis obtinuerat; cum enim pro parte Petri Pauli fundata prætenderetur intentio in hujuſmodi Salviano ratione crediti dotalis, quod erat extra controverſiam vigens in ſumma reſiduali ſc. 1000. unà cum fructibus ſucceſſivè, ac proportionabiliter decurſis, validè, & robuſtè obiiciebat Aſtulphus, quòd eadem intentio ſive petitio claudicabat in duobus illis extremis copulativè requiſitis ad effectum, ut adverſus tertium, ac ſingularem ſucceſſorem in vim utilis Salviani interdicti tribui etiam verò, & indubitato creditori poſſe immiſſio, nempè hypotheca infixa ſuper ipſa re, deinceps in Tertium translata, nec non poſſeſſio ejuſdem rei penès debitorem de tempore contracti de-
2 biti, juxta vulgaria principia de quibus Menoch de adipiſc. poſſeſſ. remed. 3. n. 161. Neguſant. de pignor. p. 8. membr. 1. ſub n. 6. verſ. & propterea, Rot. dec. 619. p. 2. rec. & cor. Ubag. dec. 23. & dec. 48. in omnibus n. 1. & alibi paſſim.

Reſpectu ſiquidem hypothecæ, licèt Aſtulphus non impugnaret regulam, de qua inferiùs circa hypothecam cadentem ſuper commoditate, non obſtante quacumque prohibitione alienationis adjecta in inſtrumento conceſſionis Emphyteuticæ; nihilominùs quia domus, contra quam Petrus Paulus immiſſionem expoſtulabat, aliàs ſub directo dominio DD. de Grimanis, relativè ad alias inveſtituras conceſſa apparebat Matthæo, ac Petro debitoribus ex cauſa dotis Petri Pauli, non ſolùm ſub expreſſa ampliſſimaq; prohibitione alienandi, ſed ſub illa ſtrictiori conventione, & pacto, ut neque memorati conceſſionarii, ſeu Emphiteutæ valerent (ſunt verba præciſa) *eorum melioramenta, & alia ut ſupra locata, ac Jura aliis vendere, cedere, ſeu alienare, alienationis vocabulo latiſſimè ſumpto, etiam cum clauſula reſervato conſenſu proprietarii, & non aliàs, aliter, nec alio modo:* hinc proindè neque etiam jus, ſive commoditas percipiendi fructus affici potuerit hy-
3 potheca favore ipſius Petri Pauli ad tradita in propoſito per Card. de Luca de emphyt. diſcurſ. 44. num. 5. Cenſal. dec. Lucen. 4. ex n. 1. cum plurib. ſeqq. Rot. dec. 103. num. 20. & 21. poſt Torr. de pact. fut. ſucceſs. repetit. dec. 665. ſub n. 16. coram Cardin. Cerro.

Perſtringentiùs autem reflectendo ad duplicem circumſtantiam, quarum utraque de per ſe, multòque magis inſimul junctæ aberrare faciebant caſum à prædicta regula permiſſiva facultatis obligandi commoditatem fructuum rei Emphyteuticæ, quarum prima, & potentior videbatur illa, 4
quod ad ſummum hujuſmodi facultas obligandi commoditatem fructuum rei Emphyteuticæ obſtringere valebat omnes, & quoſcumque ſucceſſores ipſius hypothecantis, etiam ſi forent independentes, ac ſingulares; at nuſquam poterat eadem facultas retorqueri in præjudicium domini directi, qui nullum hypothecationi pręſtitit aſſenſum, imò in conceſſione rei ſuę expreſſiſſimè diſſentiit, per verba ſuperiùs recenſita, & per ea fortiora, quæ ſubſequuntur-- *niſi prius habuerit expreſſu conſenſum in ſcriptis:* non enim poſt Emphyteuta, & conceſſionarius onus infigere rei alienę, remque ipſam in effectu obligare in præiudicium concedentis, ex animadverſis per Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. tom. 3. tit. de pignor. & hypoth. quæſt. 25 n. 2. Surd. dec. 286. n. 10. Rot. dec. 502. n. 15. cum duob. ſeqq. poſt Cen. de cenſ. & dec. 86. ex n. 1. uſque ad 8. & num. 33. & ſeqq. p. 5. rec.

Eòque magis adaucto, perpenſoque pacto litterali in contrarium ſub illis clauſulis reſolutis incluſo-- *non alias, aliter, nec alio modo*--quę ipſam conceſſionem, cujus ſolummodò vigore poteſt prætendi facultas hypothecandi commoditatem, inficiunt, ac reſolvunt uſque ab initio, ac ſi inveſtitura ac conceſſio facta non foret, ex ſæpius deductis apud Scribentes & pręſertim Gratian. diſcept. 748. n. 10. 12. & ſeqq. Mo- 5
dern. Palm. alleg. 41. n. 28. & 29. Rot. coram Coccin. dec. 1980. num. 86. & cor. Card. Cerr. dec. 93. num. 17. & in rec. dec. 74. nu. 7. & 8. p. 13. & in Romana reintegrationis fideicommiſſorum 18. Junii 1696. §. Deſcendendo itaque, cor. bon. me. Emerix Decano.

Quapropter ſicuti reclamantibus DD. de Grimanis proprietariis contra factum Matthæi, & Petri, neceſſarium reddebatur hypothecationem illorum domum per contraventionem ſuperinductam reſcindere; ita dum Aſtulphus mediante affrancatione apud Patres non controverſa ſucceſſerat in locum eorumdem DD. de Grimanis, plenamque proprietatem conquiſiverat, valebat & ipſe proculdubio, & maximè per viam exceptionis, elidere hanc hypothecationem in ſubſtantiam proſecutoriam fructuum, & inductivam oneris ſaltem per indirectum in ipſa proprietate, ut eſt generale in omni, & quolibet ſuccedente in jus alterius, nempè quòd exceptiones, quæ competiiſſent authori, competant quoque ſucceſſori, ſeu ceſſionario ex iis, quæ habentur in l. emptor. cum ibi not. per DD. C. de hæred. vel act. vend. 6
Bald. in l. 1. n. 5. & ſeqq. ibique etiam Aret. n. 20. ff. ſi cert. pet. Valenzuel. conſ. 15. n. 27. cum ſeq. & ſignanter nu. 34. Surd. dec. 308. n. 1. cum duob. ſeq. Rot. dec. 576. n. 16. cor. Dunozet. Jun. dec. 810. n. 6. cor. Card. Cerro.

Quin etiam, ex quo idem Aſtulphus nedum ſimplex poſſeſſor hujuſmodi domus, ſed effectu quoque reperiebatur ex titulo, & cauſa dotis pro ſumma ſcut. 4. mill. ſucceſſor Petri ultimi Emphyteutæ, qui Agatham filiam nuptui tradiderat Aſtulpho cum datione in ſolutum prædictę domus pro enunciata quantitate ſcut. 4. mil. ceſſare ex illius parte ſubjungebatur omnis amaritudo, quia ex poſteriori hoc titulo nactus legitimè erat ſubalternum utile dominium: ex prædicto autem ſeparato titulo affrancationis à Canone, & ſucceſſionis in locum DD. de Grimanis, aſſecutus quoque fuerat directum; unde poſita coniunctione utriuſque dominii utilis cum directo, ſuaptè natura concidebant onera quæcumque, nexus, hypothæcæ, vel jura, quę per intermedium conceſſionarium quomodolibet in re, vel ſupra rem imprimi potuiſſent, cum nihil tam naturale ſit, quàm quòd res redeat ad dominum, prout erat ab initio li- 7
bera, niſi bonorum natura, vel pactum obſtet, prout uno ore concludunt per Text. in l. lex vectigali ff. de pignor. Corbul. de emphyt. tit. de cauſ. privat. ob alien. limit. 33. n. 4. & 5. Caldas de extinct. Emphyt. c. 13. ſub n. 35. verſ. ſubiicit prateeà, Guidopap. deciſ. 575. num. 2. & ſeqq. Oſaſch. deciſ. 156. num. 9. & 10. plenè Modern. Palm. inter deciſ. Lucen. diverſ. decſ. 140. num. 24.

Altera circumſtantia, quę ſimultaneè tangebat ſecundum extremum ſupra indicatum, verſabatur in eo, quòd quando ad favorem Petri Pauli ſuſcepta fuit per communes debitores obligatio, nullo modo domus hęc in ipſorum debitorum dominio, vel Patrimonio numerabatur; quamobrem, & ceſſante tunc extremo poſſeſſionis in debitore inceſſare quoq; videbatur Salvianum, & non poterat conſiderari ulla ampliùs obligatio ſuper commoditate percipiendi fructus, ſi iidem fructus de eo tempore non naſcebantur in dominio 8
debitoris illos obligantis, ut in propoſito ratiocinatur Neguſant. de pignor. p. 2. membr. 3. ſub n. 45. verſ. intelligę Surd. dec. 97. n. 12. & 13. Amat. Panorm. reſ. 29. n. 10. & 11. aliique apud iſtos.

For-

Fortiùs, quia etiam ex poſt (ſuppoſita, ut ſupra tranſlatione etiam ſimplicis dominii utilis in Aſtulphum) neque fructus, contra quos dirigebatur Salvianum, naſcebantur in dominio obligati; ideòque pariter ex hoc capite clariſſimè emergebat, corruere in radice fundamentum petitæ immiſſionis, quod aliam rationem in ſe continere non poteſt, niſi illam, quòd commoditas cenſetur eſſe quid ſeparatum ab ipſa re, & conſequenter intantùm non obſtante qualitate emphyteutica, vel pacto, creditor fruatur illa commoditate, inquantum nihil interſit domino, vel officiat dominio, ſi fructus, qui colliguntur, potiùs percipiantur à creditore, quàm ab Emphyteuta, & poſſeſſore obligato; ſecùs autem quoties, prout hìc, legitimè fructus percipiuntur ab alio inveſtito, & contra quem illa actio perſonalis, quæ intentari poſſet contra obligatum, & re-
9 ductivè contra fructus ab ipſo percipiendos, nullatenùs poteſt exerceri, ut acriter examinando articulum proſequitur Cardin. de Luca *de Emphy. d. diſcurſ.* 44. *ſub num.* 5. *propè fin. verſ. omninò tamen*, *& num.* 6. *&* 7. *& diſc.* 58. *num.* 18. *& ſub tit. de credit. diſc.* 14. *numer.* 4. *& ſeqq.* & innuit Rot. in Romana Salvian. 12. Junii 1693. *§. Prætereà*, coram R. P. D. meo Caprara.

Cæterùm domini non dedignantes materiam altiùs à ſuis principiis exordiri, quamvis de facili tranſire valuiſſent cum non diſſimilibus reſolutionibus aliàs editis in noſtro auditorio, opinati ſunt, totam corruere materiem oppoſitionum ex unico illo principio, quòd cum in præſenti ageretur de domo conceſſa Matthæo, & Petro communibus debitoribus extra naturam ordinariam Emphyteuſis regulariter reverſivæ poſt extinctionem certarum generationum, vel terminationem unius, aut alterius lineæ ad ſui principium, ſive ad reunionem, & conſolidationem cum dominio directo, ſed tractaretur de perpetua potiùs locatione, quàm emphyteuſi, & in omnem caſum de Emphyteuſi ſempiterna, vel, quod idem eſt, tranſitoria ad quoſcumque hæredes, itaut ex hoc capite numquam rever-
10 ti poſſet ad dominum, niſi in concurſu Fiſci hæredis non veri, ſed anomali, juxta firmata per Bellamer. *conſ.* 23. *ex num.* 5. *uſque ad fin.* Peregrin. *de jur. Fiſci libr.* 4. *tit.* 3. *num.* 28. Roſental. *de feud. cap.* 5. *concluſ.* 54. *numer.* 4. *&* 5. Maſtril. *de Magiſtr. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 386. Card. de Luc. *de feud. diſc.* 72. *num.* 9. *&* 10. Rot. *dec.* 236. *num.* 4. *p.* 1. *recent.*

Clarum erat, quòd niſi obſiſteret pactum poſitivum intra viſcera ipſius conceſſionis, & inveſtituræ concluſum,
11 ut neque fructus, neque illorum commoditas umquam obligari poſſet, ut erat caſus, de quo Cenſal. *deciſ. Lucen.* 4. Card. de Luca *d. diſc.* 44. *de Emphyt. num.* 5. Rota coram Cerr. *deciſ.* 665. *ſub num.* 16. quibus addi poteſt eadem Rot. *dec.* 645. *num.* 8. coram Merlin. quia tunc citra aliam rationem ſervanda erat conventio præpediens, ne ulla prorsùs obligatio imprimi poſſet, etiamſi non tangeret præjudicium domini, ac prohibentis, quia ſic placuit eidem domino prohibenti rem ſuam alteri dare, & non aliàs, itaut, quemadmodum fert adagium, ſtet pro ratione voluntas, ad Text. *in l. in re mandata*, *C. mandat.* cum ſuis notiſſ. concord.

Profectò, præciſivè à contraria prohibitione, vel pacto, facultas hypothecandi commoditatem numquam comprehenditur ſub quacumque effrænatiſſima prohibitione
12 alienationis, non ſolùm per doctrinam Bart. *in l. Codicilis* 91. *§. Inſtitutio num.* 4. *ff. de leg.* 2. ubi firmat, poſſe feudatarium, vel Emphyteutam etiam per centum annos ſe ſe obligare ad dandum fructus, quantumvis vigore prohibitionis conſtituere nequeat emendari jus uſus, quam ſanè Theoricam Doctores intellexiſſe videntur ad limites objecti ſuperiùs animadverſi, nempè ob efficaciam obligationis perſonalis, ſicuti præſupponentes ex hac ratione extinctionem obligationis cum perſona obligati, citra ſcrupulum in hoc caſu tradiderunt in praxi Surd. *de alim. tit.* 4. *quæſt.* 10. *numer.*
13 25. *& ſeqq.* Bero. *quæſt. famil.* 95. *num.* 3. *cum duob. ſeqq.* Neguſant. *de pignor. part.* 2. *membr.* 2. *num.* 48. *&* 49. Gratian. *diſcept.* 43. *num.* 11. Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 20. *num.* 11. *cum duob. ſeqq.* Valenzuel. *conſ.* 56. *ex num.* 1. *uſque ad* 13. Fuſar. *de ſubſtit.* 597. *num.* 5. Joſ. de Roſa, *conſ* 18. *num.* 27. *& ſeqq.* Gard. de Luc. *de feud. diſc.* 61. *num.* 18. Epiſc. Rocca, *ſelect. diſp. jur. cap.* 60. *ex nu.* 29. *cum plur. ſeqq.* Rot. *dec.* 1444. *num.* 10. *cum.* 3. *ſeqq.* coram Coccino.

Sed, & propriùs per alteram doctrinam Jaſon. *in l. fin. C. de jur. Emphyt. numer.* 78. *in fin.* ubi ſectando dictum Jo. Fabri in *§. Item ſerviana inſtit. de action.* poſitivè loquens de feudo fraternizante cum Emphyteuſi, inquit, ut quamvis feudum non poſſit oppignorari, tamen fructus, & com-
14 moditas benè poſſunt oppignorari, & cum Jaſ. qui revera diverſum caſum, ſive diverſam propoſitionem efformat à Bartolo, proceſſerunt Pacific. de Salviano *inſpect.* 3. *cap.* 2 *ex numer.* 72. *ad* 77. Caldas *de extinct. Emphyt. lib.* 4. *cap.* 5. *numer.* 18. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *quæſt.* 8. *nu.* 61. *cum duobus ſequentibus.* Salgad. *in labyr. credit. part.* 3. *cap.* 3. *numer.* 47. *& ſequent. & cap.* 15. *num.* 9. *cum ſeqq.* Paitell. jun. *in annot. ad exped.* 10. *n.* 43. *cum* 4. *& ſeqq.* Cenſal. *deciſ. Lucen.* 16. *num.* 32. *& ſeqq. & ſignanter numer.* 39. *&* 42. Rot. Florent. apud Modern. *Lucen. conſ.* 751. *§. penult.* & perpetuò tenuit noſtrum Tribunal, ut videre eſt in *deciſ.* 21. *ex num.* 6. *uſque ad fin.* coram Merlin. & coram Peutinger. *deciſ.* 123. *num.* 8. *cum.* 3. *& ſeq. & deciſ.* 71. *n.* 18. *poſt obſervat. for.* Melli, & coram Zarat. *deciſ.* 59. *ex num.* 11. *complurib. ſeqq.* & coram Card. Cerro, *deciſ.* 92. *ex num.* 9. *uſque ad* 16. *& deciſ.* 144. *num.* 5. *& ſequentib. & in recent. deciſ.* 275. *numer.* 26. *part.* 9. *& deciſ.* 77. *numer.* 4. *part.* 17. in Romana Salviani 4. Junii 1693. *§. Secundò domini*, coram Reverendiſſimo Hervault, Archiepiſcopo Turonen. in Romana Horti 4. Februarii 1695. *§. Quæ ſanè omnia*, coram R.P.D. meo Pio, & in altera Romana Salviani ſub eadem die, & anno, *§. Et in omnem caſum*, coram R.P.D. meo Molines, confirmata 4. Junii 1696. *§. fin.* coram eodem, & 26. Junii 1697. *§. Quaſi procedunt*, coram R. P. D. meo Lancetta.

Agnoverunt itaque *Doctores*, quòd (niſi præjudicium aliquod revera inferatur ipſi dominio directo, quotieſcumque caſus acciderit naturalis, vel conventæ reverſionis rei Emphyteuticæ, ſive feudalis ad dominum directum,) habet feudatarius, ſive Emphyteuta jus aliquod contradiſtinctum ab ipſa re, & proprietate, diſponendi ſemper de ea commoditate, quæ per ipſam legem inveſtituræ non eſt prohibita in præjudicium hæredum, aliorumque habentium cauſam quomodolibet ab inveſtito, in commercium venire, & hypothecari, & idcircò ubi agatur de emphyteuſi hæreditaria, abſque hæſitatione concludunt, poſſe hujuſmodi commoditatem percipiendi fructus ſeparatum ab infixione, vel impreſſione oneris, alteriuſve ſervitutis in ipſa re, poni
ſub hypotheca juxta libitum, & conventionem actu poſſeſ- 15
ſoris, quemadmodum videre eſt apud Didac. à Britto *in cap. potuit de locat. §.* 2. *num.* 20. Gratian. *diſcept.* 43. *nu.* 15. Merlin. *de pignor. d. quæſt.* 8. *num.* 81. *&* 82. *lib.* 2. Noguerol. *alleg.* 37. *nu.* 39. Modern. Lucen. *conſult.* 561. *nu.* 2. & Modern. Mantuan. *conſult.* 100. *num.* 8. *cum duob. ſeqq.*

Atque hinc deſcendentes Domini ad caſum, cùm emphyteuſis eſſet hæreditaria, & donec extaret aliquis hæres duratura, corruere illicò animadverterunt omnem oppoſitionem, quæ ex parte Aſtulphi promovebatur; nam ſeparando, & quatenùs opus eſſet conjungendo utramque perſonam, quam idem repræſentabat Aſtulphus, utique circa perſonam effectui utilis Domini, quia perſona hæc, ſive titulus pendebat à facto debitorum, qui præcedenter hypothecaverant, & poterant ex jam præmiſſis hypothecare (teſte Jaſ. *cum ſequacibus ubi ſupra*) commoditatem fructuum, certè per hujuſmodi factum debitorem nequibat ullo modo deleri illa impreſſio, quæ legitimè facta coniiciebatur ſuper commoditate percipiendi fructus in futurum; hoc enim eſt
infortunium cujuslibet ſuccedentis etiam ex titulo oneroſo 16
in rei charactere legitimæ hypothecæ jam obſignata, unde naſcitur Salvianum, ad trad. per Rota *deciſ.* 619. *num.* 2. *in fin. part.* 2. *rec.* & coram Bich. *dec.* 330. *nu.* 12. *& dec.* 212. *nu.* 2. *&* 3. coram Card. Celſo, cum reliquis vulg.

Quoverò ad alteram perſonam, quam citra controverſiam per Organum affrancationis induerat Aſtulphus, nimirùm Domini directi, pariformiter ſecundum hucuſque inſinuata collabeſcere viſum eſt objectum; ſicuti namque DD. de Germanis conqueri minimè valuiſſent de ſubjecta hypothecæ commoditate fructuum, ex quo hujuſmodi ſubjectio in nihilo lædebat ipſorum jura, nilque eorum intererat, ſi fructus ex ſolutis Canonibus percipiebantur à Petro Paulo, vel à Matthæo, ac Petro, vel à quocumque alio extraneo hærede, & quomodolibet ſucceſſore, ita nec de eadem hypothecatione conqueri juridicè poterat Aſtulphus, qui aliud jus acquirere nequivit, quàm haberent in ſe DD. de Grimanis, *vulg. l. nemo plus* 55. *de reg. jur. & in l. traditio* 20. *ff. de acquir. rer. domin. & in cap. nuper.* 6. *verſ. nos autem*, *de donat. inter vir. & uxor.* Rot. *dec.* 94. *nu.* 21. *et deciſ.* 129. *numer.* 8. *et* 10. cor. ſacr. me. Alex. VIII.

Quodque ſuperiùs dicebatur de congruitate, & juſtitia, ut res liberè redire deberet ad Dominum, prout liberè à Domino fuerat conceſſa, utique applicari valuiſſet, quotieſ-
cumque factus eſſet caſus devolutionis; ſed perdurante te- 18
nore conceſſionis hæreditariæ, & tranſitoriæ ad quoſcumque etiam in Aſtulpho, qui ex hoc capite, & non alio conſecutus eſt dationem in ſolutum ſibi factam à Petro Patre Agathæ

Agathæ illius uxoris, non poteſt hìc, & nunc cogitari de regreſſu, & libertate ab oneribus validè, juxta teſtimonium Jaſon. circa commoditatem, impreſſis per Matthæum, eumdemque Petrum, ut ex jam ſtabilitis, & ex ſe patet ad ſenſum; quodvè idcircò obiiciebat Card. de Luca de actione perſonali non exercibili adversùs Tertium tranſlatarium, ad ſummum locum ſibi vindicare poſſe figendo pedes in doctrina Bartoli, quæ tamen (juxta adagium, *non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe*) minimè ac ſubſtantialiter adverſatur: At induendo firmamentum Jaſonis, qui ſupponit expreſſè, fructus per Emphyteutam, & Feudatarium poſſe oppignorari, mole ſua ruit difficultas, & illa legitima oppignoratio intrà ſphæram ejuſdem commoditatis afficit quemcumque ſucceſſorem, ut præter ſuperiùs allatos in *§. Agnoverunt*, conſtanter reſpondit Rot. coram Zarat. *d. deciſ.* 59. *num.* 14. *cum duobus ſeqq.* & coram Cerro *d. deciſ.* 92. *ex nu.* 17. *uſque ad fin. & d. dec.* 144. *nu.* 9. *pariter uſque ad fin. & in d. Romana Horti* 4. *Februarii* 1695. *§. Objectum ſiquidem cum duob. ſeqq.* coram R.P.D. meo Pio, & in dicta Romana Salviani, propoſita ſub eadem die ex *§. Nec dici poteſt uſque ad fin. &* 4. *Junii* 1696. *§. fin.* coram R.P.D. meo Molines, & 26. Junii 1697. *§. Nil refragante*, coram R.P.D. meo Lancetta.

Et ſanè firma remanent baſe, quòd commoditas niſi tangat præjudicium Domini directi valeat hypothecæ ſubjectari, omnis, & quæcumque æquitas in manifeſtam deflecteret iniquitatem; nam contra juſtitiam foret, quòd (ut erat in hac hypotheſi Petrus Agathæ genitor) poſt hypothecationem contractam eludere valeret anteriorem creditorem, qui de hujuſmodi hypothecatione pepigerat, transferendo utile dominium in alterum; & aſperum pari lance foret, ſi hic Tranſlatarius, utiliſque Dominus ex facto debitoris effectus, nanciſci quoque procuraret Jura Domini directi, ſicque decipere eumdem anteriorem creditorem per infractionem illius hypothecæ, quam neque Dominus utilis, neque directus capax erat irrumpere; quando tamen, ſi conſolidatio ſequatur ex actu voluntario, omnia jura clamant, firmas remanere hypothecas, & obligationes contractas ab
19 Emphyteuta, ut patet ex Roderic. *de ann. reddit. lib.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 7. *propè fin. verſ. quod ſublimitandum*, Caldas *de renov. Emphy. quæſt.* 18. *num.* 17. *in fin. verſ. qua concluſio*, Fulgin. *de Jur. Emphyt. tit. de renunc. quæſt.* 3. *num.* 4. *& num.* 8. *&* 9. Cenſ. *de Cenſib. quæſt.* 22. *nu.* 9. De Marin. *reſol. Jur. lib.* 1. *cap.* 101. *num.* 3. ibique Rodoer. *in addit. num.* 13 Salgad. *in Labyr. Credit. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 68. *&* 69. Antonell. *de tempor. legal. lib.* 1. *cap.* 67. *nu.* 10. *& lib.* 2. *cap.* 55. *ſub n.* 30. *verſ. ſecus eſſet*, Vincent. de Franch. *dec.* 226. *n.* 3. *ad med.* ibique Modern. *Melphicten. nu.* 3. *in fin.* Vargas *dec. Aragon.* 29. *n.* 24. *cum duob. ſeqq.* Rot. *dec.* 294. *n.* 11. *p.* 1. *rec. & deciſ.* 523. *num.* 2. *et* 3. *et num.* 6. *part.* 18.

Amaritudo ſtetiſſet, quando ad cenſum verborum inveſtituræ illa prohibitio cedendi, & alienandi etiam *Jura* comprehendere poſſet jus obligandi commoditatem, in hac enim parte valida fuiſſet oppoſitio. Verùm non minùs ad mentem juris, non minùs ad rationem concomitantem, ac denique non minùs ad intelligentiam ipſius inveſtituræ præfulſit, eamdem prohibitionem vendendi, cedendi, ſive alienandi *Melioramenta*, *de Jure*, intelligi non poſſe de juribus commoditatis, quæ propriè non eſt jus, ſed ſimplex facultas diſponendi de re ſua, videlicet de fructibus, jam præſuppoſita ſolutione canonis in ſempiternum, ſive durante hærede inveſtiti de ſanguine, ſive extraneo alienatis à Domino directo; & idcircò Bartolus optimè cenſuit, quemlibet Emphyteutam poſſe ſe obligare ad dandum fructus etiam per centum annos rei emphyteuticæ, quantumvis nequiret ſeſe obligare ad dandum aliquod jus, quod revera foret jus, licèt minoris importantiæ, ut eſt illud uſus; Jaſon
20 autem admiſit, poſſe commoditatem percipiendi fructus liberè oppignorari, quia nempè hujuſmodi oppignoratio in ordine ad commoditatem ſonat potiùs in facultatem Domino directo non præjudicialem, & quàm in jus, prout animadvertendo, quòd hæc commoditas ſit quid diſtinctum à jure emphyteutico, principaliter moventur tam ſequaces Bartol. quàm Jaſonis, ut ex eorumdem confrontatione liquet.

Ratio autem, quæ mentem juris, & Doctorum, ut diximus, concomitatur, eſt illa eadem, quam ſuprà tetigimus, nempè, quòd nec Dominus directus conqueri valet de hypotheca infixa ſuper fructibus de eum non redditturis, niſi advento caſu legitimæ devolutionis; Dominus verò utilis poſt hypothecam jam impreſſam pari modo collacry-
21 mari non valet ullam jacturam, quia potiùs debet de ſeipſo lamentari, ſi rem acquiſivit affectam onere hypothecæ, quæ efficit, ut contra Tertium etiam ignarum quotidie exerceatur Salvianum, ſicuti ultra deductos tradiderunt Arguel. *de acquir. poſſeſſ. qu.* 8. *num.* 828. Poſth. *reſol.* 99. *num.* 12. *cum duob. ſeq.* Rot. coram Pamphil. *deciſ.* 113. *numer.* 4. *et deciſ.* 17. *nu.* 2. coram Ninot. *et dec.* 110. *num.* 8. *part.* 17. *recent.*

Lex denique inveſtituræ idipſum ſuadebat, ibi namque dicitur ſucceſſivè. *Item cum expreſſo pacto, quòd dd. Emphyteuta, et ſui non poſſint eorum Jura, niſi integrè, et in totum cedere in perſonam tantummodò non prohibitam à lege, et præſertim non poſſint illa cedere in Fiſcum, Eccleſiam, Collegium, ſive univerſitatem, etc.* Quapropter, dum in hoc ſubſequenti Paragrapho repetitum legimus verbum *Jura*, illudque nequit amplecti puram commoditatem, cùm parum intereſſet, an fructus perciperet Eccleſia, Collegium, Univerſitas, vel Fiſcus; ſed tantummodò jus ipſum emphyteuticum, inquantùm Domino directo præjudicabat impedita reverſio rei ſuæ, ſi & ad haſce manus mortuas tranſiret, non debet proindè hujuſmodi vocabulum *Jura* capiens intellectum in ſubſequenti parte diſpoſitionis diverſum ſenſum præſeferre ab eo, ſub quo exprimitur in antecedenti, juxta regulam,
de qua Bart. *in l. Centurio numer.* 27. *ff. de vulgar. & pupillar.* 22
Torniol. *conſ.* 23. *numer.* 59. *& conſ.* 104. *numer.* 7. Rot. *dec.* 16. *ſub num.* 4. *verſ. ergo illa verba par.* 8. *rec. & deciſ.* 3. *num.* 18. *&* 19. *part.* 19.

Et ob id illud verbum *Jura* antecedenter expreſſum, interpretari non poterat, niſi reſpectu Juris verè realis, & tendentis in deſtructionem, ſive ſervitutem, ac damnum domini directi, non autem circa commoditatem colligendi fructus, quorum reſpectu non intereſt dominum directum, ſi ab una, vel altera manu colligantur, donec durat conceſſio, quemadmodùm in ſubſtantia benè ſemper prohibitio alienationis adjecta in conceſſione, minimè impediat facultatem oppignorandi commoditatem, ut præter deciſiones
latiùs ſuprà recenſitas ſub *§. Sed & proprius*, videre eſt *in dec.* 23
188. apud Modern. Lucen. *de pact. fut. ſucceſſ. repetit. dec.* 173. *p.* 13. *rec. utrobique n.* 2. *cum duob. ſeqq. & in ejus confirmatoria la* 57. *n.* 9. *pariter cum duob. ſeqq. p.* 14. & in Romana Salviani 7. Junii 1694. *§. penult.* coram bo. me. Emerix Decano confirmata 28. Januar. 1697. *§. fin.* coram R. P. D. meo Muto.

Ad objectum ſubindè, quod eliciebatur circa carentiam extremi hujus Judicii in Salviano, ſcilicèt poſſeſſionis Matthæi, & Petri, hujus domus de tempore, quo contraxerunt debitum dotale favore Petri Pauli, inquantùm illud feriebat exercitium actionis in ſubjecta materia ob translationem rei emphyteuticæ in alterum, jam hucuſque ſubverſum dignoſcebatur ex præmiſſis, quibus addi poteſt Pacific. de Salvian. *inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 76. *&* 77. qui benè diſtinguit, non
agi in hac ſpecie obligatæ commoditatis de illis actionibus 24
perſonalibus, quæ cum perſona obligati extinguantur: Inquantùm autem idem objectum tangit propoſitionem in genere, quòd res, ad quam petitur immiſſio in Salviano, debeat eſſe in poſſeſſione debitoris de tempore contracti debiti, ceſſabat illicò difficultas in facto, dum ex ipſomet *Summar.* Aſtulphi *nu.* 6. *litt. B.* apparebat, Matthæum, & Petrum conquiſiviſſe pro majori parte domum, de qua agitur, ante exarationem Inſtrumenti dotalis cum Petro Paulo. Et tamen etiam præciſivè ab hac animadverſione facti plana ſubintrabat reſponſio, quòd cum ſub obligatione ampliſſima Camerali Matthæus, & Petrus obligaſſent Petro Paulo omnia bona, & jura præſentia, & futura, ſuperabundabat, eundem Matthæum, & Petrum ex poſt domum hanc acquiſiviſſe, & actu poſſediſſe, ad hoc, ut illa obligatio hypothecaria futurorum bonorum, & jurium comprehenſiva ſuperet vinculum hypothecæ in ipſa domo, juxta tradita per Meguſant. *de pignor. par.* 8. *membr.* 3. *ſub n.* 6. *verſ. ſi autem hypotheca fuit generalis*, Cyriac. *contr.* 55. *nu.* 11. *et ſeqq.* Antonell. *de* 25
temp. legal. lib. 2. *cap.* 67. *n.* 1. Rot. *dec.* 12. *n.* 6. poſt Zacch. *de oblig. Camer. et dec.* 675. *n.* 3. *et ſeqq. p.* 4. *tom.* 3. *rec.* & coram Pamphil. *deciſ.* 345. *n.* 1. ibique Add. *num.* 18. *et dec.* 144. *num.* 29. coram Card. Cerro, & in præallegati Romana Salviani 7. Junii 1694. *§.* 1. coram bo. me. Emerix, & 28. Januarii 1697. *§. Indubitanter*, coram R.P.D. meo Muto.

Remaneret præſidium valdè labile præſcriptionis, cui ſubſidiariè nitebatur Aſtulphus, ex quo Petrus Paulus tacuerit per ſpatium 20. & ultra annorum: At Domini conſiderantes, agi de perſonis forenſibus, & ignaris, quòd domus fuerit tranſlata in Aſtulphum, facilè tranſierunt cum regula, quòd contra forenſem, & ignarum præſcriptio allegari non poteſt, niſi illa longiſſimi temporis, quæ ratione publici commercii, ne dominia ſtent in incerto, abſorbeat Jura privatorum, facitque præſumere vel ſatisfactionem, vel titulum meliorem, ut in propoſito hujus ſimplicis præſcriptionis annorum decem, & viginti, data ignorantia ex capite

capite forenſitatis, vel abſentiæ, vel alio conſimili favore
intentatis hypothecariam, vel Salvianum, communiter no-
26 tarunt Joſ. Ludov. *dec. Lucen. 31. nu.* 18. Gratian. *dec. March.* 15.
nu. 12. *cum duob. ſeq.* Thomat. *dec.* 26. *nu.* 27. *et dec.* 44. *n.* 29. *et* 29.
& reſpondit Rot. coram Royas *dec.* 137. *n.* 5. *et in rec. deciſ.* 108.
n. 5. *cum duob. ſeqq. part.* 14. *et dec.* 231. *n.* 6. *et* 7. *p.* 19. & in Urbi-
naten. Salviani 28. Junii 1680. *§. At fuit reſponſum*, coram
clar. me. Card. Matthæio.

Atque hæc adeò ſolida Dominis viſa ſunt, ut inopportunum cenſuerint deſcendere ad examen ſtatuti Urbis, quod ex peculiari privilegio dotis admittit, hypothecari poſſe bona emphyteutica in vim *cap.* 122. *libr.* 1. ſatis eſſe credentes de iure utrique dubio reſpondere ad ſenſum præmiſſorum, utraque, &c.

R. P. D. MUTO.

Firmana Cenſus.

Lunæ 9. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

Cenſum ex credito conſtitui non poſſe, fusè liquet *ex diſc.* 30. Card. de Luca *de credit.* quoties autem cenſus fuit conſtitutus à debitore, qui pecunias cenſuales ſtatim creditori ex cauſa alterius debiti exſolvit, an dicatur ex credito impoſitus, itaut non ſubſtineatur, plenè in deciſione diſcutitur, atque etiam deciditur, quòd fructus cenſus non debeantur nec loco damnorum & intereſſe, ſi creditor ſciverit evictum fuiſſe fundum cenſitum, ubi tamen non reperiatur explicita debitoris obligatio ſubrogandi alium fundum in caſu evictionis.

SUMMARIUM.

1 *INſtrumentum facit probationem probatam.*

2 *Numeratio pecuniæ in cenſu ex quibus verbis deſumatur.*

3 *Aſſertioni notarii ſuper interventu pecuniæ eſt ſtandum, donec contrarium probetur.*

4 *Præcipuè, ſi concurrat longæva contractus obſervantia.*

5 *Cenſus impoſitus cum pecuniis contextualiter traditis eidem creditori ex cauſa alterius debiti, ſubſtinetur, & valet.*

Et contrarium tantùm recipitur, vel quoties concludenter probetur præventivum pactum reſtituendi pecunias, vel ubi conſtaret debitum quod fuit extinctum, ſubſiſtentiam non habere, in nu. 6. 7. et 8.

9 *Ampliatur concluſio, de qua nu. 5. ut ea procedat, licèt cenſus extiterit impoſitus ſub gravioribus uſuris, quàm extiteret debitum extinctum quando tamen extinctio fuit coacta, non voluntaria.*

10 *Simulatio non datur abſque cauſa ſimulandi.*

11 *Simulatio ex quibus excludatur*, & n. 12.

13 *Evicto fundo cenſito cenſus remanet ſtatim extinctus, et reſolutus, ſi evictio ſequatur ex cauſa anterioris hypothecæ.*

15 *Et ubi evictionem ignoret creditor, ei fructus debentur, non tamquam cenſuales, ſed loco damnorum, et intereſſe; at ſi ſcientiam habuerit, fructus exigere nequit nec loco damnorum, et intereſſe*, & nu. 16. & 22.

17 *Fructus cenſus cenſuario debentur etiam evicto fundo ipſoque ſciente, ſi ipſe vel petierit novi fundi ſubrogationem, vel ſaltem in contractu ſtipulata fuerit conventio ſubrogationis in caſu evictionis.*

At ſi nec ſubrogationis petitio, neque pactum exiſteret, fructus peti non valent, nu. 20. et 21.

18 *Licita eſt conventio in cenſu, quòd eveniente evictione fundi cenſiti aliud ſubrogetur.*

19 *Et ad hoc ut cenſus per evictionem fundo non reſolvatur valet creditor in caſu evictionis pro ſubrogatione alterius fundi agere, licet illa in contractu promiſſa minimè fuerit.*

23 *Evicta fundi cenſiti parte, cenſus non reſolvitur, ſi remaneat altera pars ſufficiens.*

24 *Ut ob ſcientiam evictionis fundi cenſus extinctus remaneat, requiritur illius probatio certa, et clara cum omnibus ſuis qualitatibus, adeòut præſumpta, et inductiva non ſufficiant.*

DECISIO XI.

POſtquàm Papirius Bartolus in Tribunali A. C. condemnari obtinuerat Horatium Centoflorenum ad reſtitutionem pecuniarum, quas nonnullis creditoribus illius ſolvere coactus fuerat, egit adverſus Franciſcum, & Bernardinum fratres de Ferronis tanquam debitoris debitores pro conſignatione reſidualis pretii, ac fructuum prędii nuncupati *Aqua Santa*, quòd à capitibus creditorum eiuſdem Horatii in concurſu emerant, mandatumque de conſignando reportavit in quantitatem ſcutorum 600. quæ per memoratos fratres uſque & de menſe Junii 1618. manualiter, & in contanti perſoluta fuere Papirio Actori, ut latiùs *ſummar. Capellanorum n.* 1. Sub eiſdem die, & anno factæ ſolutionis dicti fratres de Ferronis ſuper enunciato prędio Aqua ſancta cenſum ſcutorum 43. & 6. 75. impoſuerunt ad favorem ipſius Bartoli pro ſcutis 625. tunc coram Notario, & teſtibus in pecunia enumeratis, *præallegato ſumm. n.* 2.

Cenſus hujuſmodi pro rata ſortis ſcutorum 425. pervenit ad Angelum de Auguſtinis, qui cùm in poſtremo, ſub quo deceſſit, teſtamento mandaſſet erectionem quarumdam Cappellaniarum ex hæreditariis ipſius redditibus, ſicuti de anno 1685. cum annuo, & diſparato redditu ſecuta fuit, obtigit ſubindè Antonio Zampono uni ex Capellanis, per quem pro fructibus ab hoc tempore, ac per cæteros Cappellanos pro antecedenter decurſis, mandatum executivum in eodem Tribunali A.C. reportatum fuit contra Zucconos prænominatorum fratrum impoſitorum hæredes in ſumma ſcutorum 891. quod deindè per ſignaturam juſtitiæ canonizatum remanſit cum clauſula, *ſine præjudicio*. Verùm ad provocationem prædictorum hæredum delegata mihi in devolutiva contentione, dubioque propoſito die 4. Julii *An conſtet de credito, & cenſus, de quo agitur*, ſubſtineatur ipſis tantùm informantibus negativè reſpondit Rota ſub duplici præſuppoſito, altero, quòd cenſus fuiſſet nullus, tamquam creatus cum ſimulata numeratione pecuniæ contra formam pręſcriptam in conſtitutione S. Pii V. & altero, quòd in omnem caſum cum Papirius mediatus auctor Cappellanorum teneretur de evictione prędii cenſualis ſecuta de anno 1670. cenſeretur inducta compenſatio quoad fructus, & parte opponente quoad ſortem: contra quam reſolutionem conceſſa Cappellanis nova audientia, ex quo in gemmis ſucceſſivis propoſitionibus abſque reſolutione habitis ſub diebus 8. Februarii, & 29. Aprilis ſubſequentis anni 1697. noviter per memoratos hæredes debitorum obiiceretur ſaltem ceſſatio fructuum hujuſmodi cenſus, & ſolutorum imputatio in ſortem ob cauſam prę̨adductę evictionis fundi cenſualis ſcientibus Cappellanis creditoribus, ut nec etiam loco damnorum, & intereſſe peti potuiſſent, ex firmatis in famigerata deciſione edita in Romana Vineæ 2. Aprilis 1666. coram Eminentiſſimo Dom. Cardinali Carpineo, *impreſſa in recent. deciſ.* 336. *part.* 19. ſuper qua aliæ ſucceſſivæ fundantur, injunctum fuit, ut omnes DD. ſuffragium in hac cauſa darent, conceſſa facultate revidendi præallatam deciſionem in articulo evictionis, ut hodie renovata ſuper omnibus diſputatione, compertiſque viribus carere tam præſuppoſitis, quibus nititur præterita deciſio, quàm altero ſcientię evictionis fundi cenſiti in creditoribus poſteriùs cumulato, non dubitaverint recedendum eſſe à deciſis, putantes ſatis conſtare de credito cenſus, ejuſdemque validitate, ex publico, & jurato inſtrumento impoſitionis ſervata forma Pianę conſtitutionis, quod facere probationem
probatam paſſim in his terminis reſpondit Rota, & ſignan-
ter coram Gregor. *deciſ.* 459. *nu.* 3. paſt Cenc. de Cenſ. *deciſ.*
247. *& deciſ.* 395. *utrobique n.* 1. & in Romana Salviani, ſeu 1
Canonum 8. Junii 1689. *§. At neutrum*, coram Rev. Turonen.
& in Turritana cenſus 12. Januarii 1693. ſub initio coram
bo. me. Emerix Decano.

Abſque eo quòd mereretur attendi prę̨ſuppoſita nullitas
hujus cenſus deſumpta, ex quo pecunia non fuerit verè, &
effectivè cum translatione dominii, ſed ſimulatè, vel mo-
mentaneè numerata, & oſtenſa, ut dici ſolet, *à moſtra* con-
tra formam dictę Conſtitutionis, ut innuit deciſio contra-
ria, *§. Nullitas ſanè*. Quandoquidem vera, & effectiva nu-
meratio magis clara eſſe non potuit, cùm eam referat No-
tarius in actu impoſitionis cenſus, ibi: *Quæ quidem ſcuta*
625. *dicti DD. de Ferronis venditores nunc coram Teſtibus, & me*
Notario habuerunt, & receperunt manualiter, & in contanti, in 2
prompta, & numerata pecunib. in tot. juliis, & teſtionibus, & pla-
ſtris Florentinis; cui equidem aſſertioni Notarii de nume-
ratione ſecuta deferendum venit, donec contrarium plenè,
& concludenter probetur, juxta doctrinam Bartol. *in l. ſi ſin-* 3
gularia nu. 22. *ff. ſi certum petatur*, quam in his terminis ſequun-
tur Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 628. *nu.* 2. *& ſeq.* Poſthum. *reſol.*
civil. 112. *n.* 1. *& ſeq.* Duard. *de cenſ. §.* 2. *quæſt.* 14. *n.* 15. Paitell.
expedit. civil. 78. *nu.* 24. Thomat. *deciſ.* 222. *num.* 17. Rota poſt
Pacific. de Salv. *interdict. deciſ.* 227. *numer.* 1. coram Gregor.
deciſ. 459. *numer.* 4. coram Royas *deciſ.* 456. coram Bicch.
deciſ. 584. *utrobique numer.* 1. coram Priolo *deciſ.* 452. *num.*
6. *cum ſeqq. in rec. dec.* 116. *n.* 1. *p.* 15. in Romana Salviani 25. Ju-
nii 1685. *in fin.* coram. bo. me. Benincaſa, in Romana cambii
10. Aprilis 1689. *§. Nec obſtante*, coram Eminentiſſimo Caccia
Archie-

Archiepiſcopo Mediolanen. & in Romana cenſus 11. Decembris 1690. *§. Minùs contra juſtitiam*, coram eodem.

Eòque magis, cùm numerationis veritas aliundè compro-
betur, nedum ab extinctione ratæ hujus cenſus ſecuta de
anno 1660. ſed etiam ex longiſſima taciturnitate cum ſolu-
tione fructuum, quæ præſumere faciunt in ſui primordio
omnia ritè, & rectè geſta fuiſſe ad formam Pianæ conſti-
tutionis, ut de prima Cenc. de Cenſib. *quæſt.* 1. *n.* 36. & Rota
poſt eum *dec.* 112. *n.* 5. *ac dec.* 113. *in fin.* & de ſecunda Gratian.
diſcept. 796. *n.* 3. *&* 4. Poſthum. *citatu reſolut.* 112. *n.* 12. Amat.
4 *reſolut.* 42. *nu.* 7. Conciol. *allegat.* 22. *nu.* 6. Sperel. *dec.* 28. *num.*
64. Rota *poſt* 2. *volunt. conſil. Farinacc. dec.* 190. *n.* 3. coram Gre-
gor. *deciſ.* 375. *nu.* 8. coram Buratt. *dec.* 10. *nu.* 14. coram Bich.
deciſ 584. *num.* 7. *&* 8. *in recent. dec.* 11. *num.* 16. *&* 17. *par.* 14. &
in d. Romana cenſus 11. Decembris 1690. *§. Fortiùs*, coram
Eminentiſſ. Archiepiſcopo Mediolanen.

In caſu præſenti ſimulatio numerationis perperam dedu-
ci prætenditur ex eo, quòd contextualiter, & ſub eadem
die, atque coram eiſdem Notario, & teſtibus, Ferroni
cenſus impoſitores ſolverint Papirio emptori ſcuta 600. qui
hæc poſtmodùm illis dederint ad cenſum, ut ex hujuſmodi
vicinitate actus ob ſuſpicionem uſurarum, ex præcedenti
pacto, & conventione, reſtitutio pecuniarum in continen-
ti facta præſumatur, juxta auctoritates cumulatas in con-
traria deciſione, *§. neque ex eo*; quoniam licèt exindè re-
ſultet, quòd cenſus fuerit emptus ex pecuniis, quaſi ab ipſis
Ferronis, Papirius habuerat ex cauſa contemporaneæ ſolu-
tionis, inferri tamen non licet ad excluſionem effectivæ
numerationis, cùm pecuniæ verè numerariæ Ferronis Pa-
pirio potuerint in ſatisfactionem debiti præexiſtentis, pro
quo mandatum executivum relaxatum fuerat, ut ex publi-
co inſtrumento convincitur, & in continenti eadem pecu-
nia per ipſum Papirium inveſtiri in emptione cenſus ab ipſis
Ferronis impoſiti, ut hi duo actus conſiderari debeant tam-
quam diſtincti, & ſeparati, ad effectum validitatis, & ſub-
ſiſtentiæ cenſus, ut uno ore conſiderant Rocc. *diſput. jur. cap.*
126. *nu.* 58. Leotard. *de uſur. quæſt.* 61. *nu.* 12. *& ſeq.* Cenc. de
Cenſib. *quæſt.* 48. *num.* 24. Sperell. *dicta deciſ.* 28. *ſub numer.* 74.
Thomat. *deciſ.* 42. *numer.* 3. Rota poſt eumdem Cenc. de
Cenc. *dec.* 2. *n.* 3. coram Ubaldo *dec.* 63. *n.* 5. *& dec.* 95. *nu.* 6. &
coram Bicchio *dicta dec.* 584. *n.* 13. *in recent. deciſ.* 273. *nu.* 8. *&*
11. *part.* 7. in Carpentoracten. cenſus 15. Martii 1686. *§. At-*
que hinc perperam, coram Cardinali Matthæjo, & in Licien.
Salviani 16. Junii ejuſdem anni, *§. Ultra quod enim, & ſeq.*
coram bon. mem. Rondinino. Indèque cùm debitum fra-
trum de Ferronis eſſet verum, & præexiſtens, ac actus uti
diſtincti, & ſeparati judicandi ſint, ceſſat præſumptio re-
ſtitutionis pecuniarum in vim pacti præcedentis, quæ dum-
taxat in omnem caſum diſputabilis eſſet, quoties non con-
ſtaret de debito præcedenti, nè dicatur ſolvens jactaſſe
ſuum: ſecus autem quando, ut in hypotheſi, conſtat de
debito; tunc enim validiſſima potiùs præſumptio inſur-
git debitorem ab initio ſolviſſe ejus debitum ad ſe liberan-
6 dum ab ære alieno, quòdque deindè pecunia in cenſu ve-
rè, & realiter per creditorem numerata fuiſſet, ut con-
ciliando auctoritates, quæ videntur inter ſe contrariæ,
benè firmat Sperell. *dicta deciſ.* 28. *numer.* 75. & probatio-
7 nem in hoc caſu iſtius præcedentis conventionis requirit
Rota poſt Cenc. de Cenſ. *deciſ.* 123. *num.* 8. *&* 11. ut hæc vi-
cinitas actuum nec deſervire potuerit pro ſimulationis con-
jectura, quoniam cum illi ſint ex ſe operativi, & ſubſiſten-
tes, nullam propterea ſimulationem involvunt, Rota *in*
recent. deciſ. 641. *num.* 11. *&* 12. *part.* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 273. *num.* 21.
8 *&* 22. *part.* 11. coram Gregor. *deciſ.* 439. *numer.* 8. *&* 9. coram
Bich. *deciſ.* 584. *num.* 14. & coram Cerr. *deciſ.* 344. *nu.* 22.

Ex his minùs pro conjectura ſimulationis afferri potuit afferta inveriſimilitudo, quòd Papirius ſtatim voluerit reſtituere Ferronis ad cenſum eamdem ſummam ab ipſis receptam, pro qua mandatum executivum obtinuerat, quòdque è converſò Ferroni cùm haberent pecunias, cenſum ſub gravioribus debito dimiſſo uſuris imponere voluerint; nam quoties actus ex ſe eſt licitus, atque permiſſus, de ſimulatione notari non poteſt, & ulteriùs reſpectu Papirii, cùm fuiſſet de ejus credito ſatisfactum mediante ſolutione à Feronis facta, erat in ejus libertate pecunias inveſtiendi in emptione cenſus cum perſonis ſibi beneviſis, ut cum eiſdem Feronis inveſtire non prohiberetur: quo verò ad Ferronos præadducta inveriſimilitudo forſan obiici potuiſſet, ſi ſolutio debiti fuiſſet voluntaria; ſecùs autem, ut in præſenti coacta, dum imminebat ſubhaſtatio prædii longè majoris vigore mandati executivi contra ipſos ad inſtantiam Papirii expediti, tunc ſubſequens impoſitio
cenſus, etiam ſub gravioribus uſuris, ſuſpecta non redditur,
cùm ſequi potuerit pro ſupplendis aliis indigentiis ipſius
impoſitoris, & ad evitanda alia damna; quoties enim actus
eſt veriſimilis, & per poſſibile verus reputari poteſt, inu-
tiliter ſimulatio opponitur, de primo tradit Farinacc. *conſ.* 9
40. *num.* 12. *lib.* 1. Rota coram Cerro *dec.* 261. *nu.* 14. & de ſe-
cundo Caſtrenſ. *conſ.* 261. *n.* 1. *lib.* 2. Rota *in recent. dec.* 413. *n.*
1. *part.* 2. *deciſ.* 432. *n.* 1. *& dec.* 591. *num.* 8. *&* 9. *part.* 18 *ubi n.* 9.
& 10. maximè contra publicum, & juratum inſtrumentum.

Ulteriùs deficit cauſa ſimulandi omninò requiſita, juxta
firmata per Rot. coram Dunoz. ſen. *deciſ.* 23. *num.* 8. *in rec.*
deciſ. 236. *num.* 20. *par.* 10. *dec.* 109. *num.* 8. *&* 9. *part.* 18. in
Firmana retrodonationis 3. Junii ſuper ſuperioris anni; *§.*
Ita quod, coram R. P. D. meo Priolo, quin pro cauſa ſimu- 10
landi afferri valuerit, quòd Ferroni cenſum impoſuerint
pro evitanda ſubhaſtatione prænominati prædii; nam id
potiùs oſtendit veritatem actus, quòd iidem debitum ſol-
verint ad effectum hanc ſubhaſtationem ipſis præjudicia-
lem evitandi, & proindè pro reparandis indigentiis pecu-
nias ad cenſum acceperint; ac inſuper concurrunt conje-
cturæ, & præſumptionis excluſivæ ſimulationis reſultan-
tes nedum ex qualitate contractus publicè, & palam ge-
ſti, atque jurati; ut in ſpecie Sperell. *ſæpedicta dec.* 28. *nu.* 59. 11
cum ſeqq. ſed etiam ex diverſitate ſummæ ſolutæ, & cenſua-
lis, ac ex obſervantia deſumpta ex ſolutione fructuum, &
ab extinctione ratæ dicti cenſus, quæ habentes ſignanter con-
comitantiam publici inſtrumenti prævalent aliis in contra-
rium, text. *in l. ff. de tranſact.* latè Sperell. *deciſ.* 28. *à num.* 67.
Rota coram Bich. *dec.* 584. *nu.* 10. *&* 22. *cum ſeqq.*

Pari modò relevare nec viſa fuit altera oppoſitio, quòd
ob evictionem fundi cenſiti de anno 1670. ut præſuppoſi-
tum fuit, ſecutam cum præciſa ſcientia Cappellanorum 12
creditorum, ſtatim dictus cenſus fuerit reſolutus, indèque
fructus nec exigi potuerint loco damnorum, & intereſſe
ſed exacti ceſſerint in extinctionem ſortis, ut diſcuſſo for-
miter articulo, firmavit Rota *in d. deciſ.* edita in Romana
Vineæ coram Eminentiſſ. D. Cardin. Carpineo. Etenim
quamvis iſtius deciſionis opinio DD. viſa fuerit ſatis fun- 13
data, & rationi congrua, per noſtrumque Tribunal dein-
dè in aliarum cauſarum contingentiis amplexa, ut in ea-
dem firmiter perſiſtere voluerint non attentis in adverſum
deductis per informantes pro debitoribus hujus cenſus ob di-
ctam revidendi facultatem eis commiſſam, utpotè inſubſi-
ſtentibus, & in eadem deciſione rejectis, & confutatis, eò
quia certi juris eſt, cenſum licèt à principio validum, & le-
gitimè impoſitum, reſolvi, & extingui ſtatim ac fundus
cenſitus ex neceſſaria cauſa anterioris hypothecæ evincatur
vel avocetur, ut adnotant Cenc. de Cenſ. *q.* 116. *nu.* 1. *&* 2. & 14
Rota poſt eum *dec.* 548. & 549. coram Dunoz. Jun. *dec.* 159. *&*
deciſ. 225. *utrobique nu.* 2. *& deciſ.* 414. *nu.* 1. coram Cerr. *dec.* 32.
num. 1. *& in rec. dec.* 29. *pariter num.* 1. *part.* 9.

Itaut probata ſcientia in creditore cenſus talis evictionis,
nec ille actione perſonali petere valeat fructus loco damno-
rum, & intereſſe ad differentiam, ſit creditor hanc evictio-
nem ignoraſſet, ac exiſteret in bona fide credens cenſum
perdurare, ut magiſtraliter diſtinxit Rota in dicta Roma- 15
na Vineæ coram Card. Carpineo, ubi receſſum fuit *à deciſ.*
458. coram Royas in eadem cauſa emanata, & aliæ reſolu-
tiones, quæ contrariæ videbantur, declaratæ fuerunt, &
hanc diſtinctionem tenent, atque commendant Bald. ad
Roman. *conſ.* 8. *n.* 54. Gobb. *conſult.* 33. *n.* 46. Mart. Medic. *exam.*
8. *n.* 20. *&* 21. eadem Rota coram Duran. *dec.* 449. *n.* 15. *&* 16. co-
ram Priol. *dec.* 242. *n.* 16. *in rec. dec.* 197. *n.* 5. *p.* 18. in Æſina cenſus
28. Novembris 1691. *§. Quia diſtinguendo, & §. ſeq.* coram
Eminent. Caccia, Archiepiſcopo Mediolanen. confirmata
2. Martii 1693. *§. Verum*, coram R. P. D. meo Molines, &
18. Aprilis 1695. *§. Ratio ita recidendi*, & 10. Junii 1697. *§.*
Tota ratio, coram R. P. D. meo Priolo,

Quæ ſanè reſolutio cenſus in caſu evictionis fundi cenſualis à creditore non ignoratæ in laudata deciſione edita in Romana Vineæ firmata, congruit juridicæ rationi, quæ magis Dominos movit ad eam ſequendam, ſiſtenti in eo, quòd evicto fundo cenſito, creditore ſciente, cenſus remanet purum, & ſimplex creditum pecuniarum incapax productionis fructuum abſque labe uſuraria, cum ipſi creditori ſtatim obventa ſcientia tribuatur actio, & facultas repetendi ſortem, undè ſi ab hac repetitione deſiſtat ob prænotatam labem uſurarum, fructus nec etiam loco damnorum, & intereſſe debeantur, ut egregiè obſervat prę̨adducta deciſio in Rom. Vineę, *impreſſa in rec. dec.* 336. *n.* 8. *&* 9. *part.* 19. ac eadem ratione utuntur alię deciſiones ſucceſſivè editę in d. Æſina cenſus, in locis ſuperiùs allegatis.

Neque

Neque huic reſolutioni cenſus in hoc caſu ſcientiæ evi-
ctionis, & iuridicæ rationi in qua eadem fundatur, quid-
quam obſiſtit id, quod in oppoſitum aſſerit Cardin. de Luca
de cenſ. diſc. 31. *n.* 6. *&* 7. deberi in hoc caſu fructus loco dam-
norum, & intereſse, ex quo non ſit certa facultas in credi-
tore repetendi ſortem, dum poteſt debitor alium æquè ido-
neum fundum ſubrogare; ponderabant ſiquidem DD. in
17 everſionem talis aſſumpti, cui hic auctor pro contraria ſen-
tentia inhærere videtur, quòd illud forſan procedere poſ-
ſet, quando ſubrogatio alterius fundi loco primi deficien-
tis in hoc caſu conventa fuiſſet inter debitorem, & credi-
torem, quòd licitè fieri poſſe patet ex reſponſionibus datis
per S. Pium V. ad dubia per ſiculos promota impreſſis poſt
ipſius S. Pontificis Bullam ſuper cenſibus, & obſervat Rot.
18 in Turritanen. cenſus 12. Januarii 1693. *§. Non obſtat*, coram
bon. mem. Emerix Decano, ſeu quoties creditor ſciens evi-
ctionem petiiſſet talem ſubrogationem alterius fundi, quam
etiam licitè peti poſſe per creditorem de jure, abſque alia
conventione, tradit Spada *conſ.* 286. *n.* 8. *lib.* 2. cum aliis in d.
19 Turritan. cenſus, ubi ſupra eodem, *§. Non obſtat in fine*: ſecus
autem, ut hic, ſi creditor hanc ſubrogationem non conve-
nerit cum debitore, minùſque illam ab eo petierit, quia
tunc cùm ſit in arbitrio creditoris recedendo à contractu
ſortis reſtitutionem petere, ſicuti notat Cenc. de Cenſ. *q.*
20 4. *n.* 14. Gratian. *dec. March.* 13. *per totam*, & admittit de Ma-
rin. per Card. de Luc. *allegat. reſol.* 195. *n.* 8. *lib.* 1. tolerabile
non eſt, quòd creditor cum hac libera facultate repetendi
ſortem exigere valeat fructus etiam loco damnorum, & in-
tereſſe, ne magnum uſuris oſtium aperiatur, ut reſpondent
21 ex Navar. Rota *in dicta dec.* 336. *n.* 9. *p.* 19. & in Æſina cenſus
18. Aprilis 1696. *§. Nec dicatur*, cor. R.P.D. meo Priolo.

Minùs adduci valuit pro contraria opinione *dec.* 787. cor.
Seraphino, cùm in ejus caſu evictio non eſſet creditori cen-
ſus prout requiritur nota, ſed debitori, *nec dec.* 414. coram
22 Dunoz. jun. *& dec.* 175. *n.* 8. *p.* 11. cùm non examinent articu-
lum, quinimò præſupponant ignorantiam evictionis in cre-
ditore, & inſuper *d. dec.* 414. *n.* 8. cor. Dunozet. Jun. *funda-
tur in dec.* 90. penès Cenc. de Cenſ. in cujus caſu ex domo, &
fornace fundis cenſitis, licèt fornax ad inſtantiam credi-
torum evicta fuiſſet, tamen remanſerat domus capax, quo
23 namque caſu cenſus non extinguitur ex firmatis per Rotam
coram Cerro *dec.* 23. *n.* 5.

Nihilominùs animadverſum fuit probatam non eſſe in
hypotheſi ſcientiam talis evictionis fundi cenſiti in Cappel-
lanis creditoribus, quæ inaniter deſumebatur ex eo, quòd
Betteus, & Zamponus in teſtamento de anno 1674. fuerint
nominati Cappellani à fundatore; nam non fuerant aſſigna-
ta bona pro Cappellaniis, nec iſtæ erectæ, niſi de anno 1685.
neque probatur in eis ſcientia fundi cenſiti, minùſque ex
quo idem Betteus unus ex Cappellanis fuerit judex deputatus
ab A.C. in ſubhaſtatione iſtius fundi cenſiti, nec demum ex
eo, quòd idem fundus deliberatus fuerit prædicto Zampo-
no alteri Cappellano, cùm de menſe Auguſti dicti 1685. quo
fuit facta deliberatio, nondum ſecuta fuerat erectio Cap-
pellaniarum, nec prædicti deputati fuerant in Cappella-
nos; nam erectio Cappellaniarum facta fuit de menſe Octo-
bri ejuſdem anni, & ſic per bimeſtre poſt deliberationem
& tunc datus titulus Cappellanorum, & Zampono aſſigna-
tus cenſus pro dote ipſius Cappellaniæ, ſucceſſivè ab eo ca-
pta poſſeſſio, talis præcedens ſcientia deliberationis præju-
dicare non potuit Cappellanis, qui adhuc non habuerant
Cappellanias, nec dici poterant creditores cenſus, minùſ-
que ſciebant fundum deliberatum fuiſſe cenſitum, ſignanter
cum ipſi non eſſent impoſitores cenſus, ſed illum habuiſ-
ſent per ſucceſſionem, eorumque auctor per ceſſionem, quin
talis ſcientia fundi cenſiti deſumi potuerit ex diviſione bo-
norum auctoris Cappellanorum, quæ in erectione Cappel-
laniarum jam ſecuta ſupponitur, quia non exprimitur, an
præceſſerit, vel ſubſecuta fuerit deliberationem, quodque
dictus fundus eſſet cenſitus, & in omnem caſum ex hoc præ-
tendi non poſſet, niſi ſcientia præſumpta, & inductiva, quæ
non ſufficit, ſed requiritur certa, & indubitata cum om-
nibus ſuis qualitatibus, ad hoc, ut creditori cenſus præjudi-
cet in conſecutione fructuum loco damnorum, & intereſſe,
in puncto Card. de Luc. *de cenſ. diſc.* 31. *n.* 4. *&* 5. & admittit
24 Rot. in Romana Salviani, ſeu Canonum 27. Aprilis 1693. *§.
Nam ommiſſo*, coram Reverendiſs. Turonen. & 16. Martii
1694. *§. Minùs etiam* coram bon. me. Emerix Decano.

Et ita reſervata particulari judicio prætenſione compen-
ſationis huius crediti cenſualis cum evictione dicti præ-
dii in contraria deciſione admiſſa in *§. fin.* utpotè recognita
non eſſe præſentis inſpectionis, ut in ſimili dixit Rota
coram Cerro *dec.* 32. *n.* 12. concluſum fuit partibus auditis,
& DD. omnibus ſuffragantibus.

R. P. D. GHISLERIO.

Romana Cenſus.

Ven. 24. Novembris 1628.

ARGUMENTUM

Exornat hæc deciſio tractata per Card. de Luc. *in diſc.* 32. *de
credito*, & tradit, quòd iura cenſus reviviſcant tam reſ-
pectu debitoris, quàm fidejuſſoris, per avocationem pe-
cuniarum ſub vinculo receptarum, quòdque eadem ju-
rium reviviſcentia detur per evictionem bonorum in ſo-
lutum datorum, quoties pactum fuit, quòd eveniente evi-
ctione agi valeat ex primo contractu; ſed ſi jura ſimpli-
citer preſervata fuerint, reviviſcentia non admittatur.

SUMMARIUM.

1 *CEnſus per ſortis reſtitutionem extinguitur.*
2 *Declara, ut non procedat, quoties recipitur pecunia vin-
culata, & ſic obnoxia reſtitutioni, quia tunc evicta pecunia
reviviſcunt jura cenſus, & n. 3.*
4. *Declara quoque, ut nec procedat, ſi in cenſus extinctione tra-
dita fuerint tot bona, & creditor in caſu evictionis ſibi præ-
ſervaverit jura agendi ex primo contractu, & n. 7.*
5 *Iſta declarationes locum obtinent etiam contra fidejuſſorem
cenſus.*
6 *Secunda tamen declaratio limitaretur, ſi ſimpliciter reſervata
fuerint jura.*

DECISIO XII.

IN actu ſolutionis ſcut. 3200. per Dominum Joannem Ba-
ptiſtam de Aſte pro reſtitutione cenſus, & illius ſortis
principalis aliàs ſub die octava Auguſti 1617. impoſiti à Luca
de Carolis ad ſavorem Domini Bernardini Caſtellani; idem
Caſtellanus obligavit ſe de illis reſtituendis Aſtio, in caſu,
quo non poſset integrè ſatisfieri de ſuo credito ex pretio of-
ficii Lucæ; addita tamen conditione, & proteſtatione,
tam in mandato Illuſtriſſimi Dom. Cardinalis Camerarii,
quàm in actu ſolutionis, & in ipſa quietantia, quòd quovis
caſu, & tempore ipſe Caſtellanus teneretur reſtituere dicta
ſcuta 3200. ſeu illorum partem, poſſet redire ad ſua primæ-
va jura, & illis uti, tam contra Lucam, quàm contra ejus
fidejuſſores, & bona, prout poterat ante hujuſmodi ſolutio-
nem vigore inſtrumenti cenſus, & aliorum inſtrumentorum
& non aliàs: cum autem venerit caſus reſtitutionis totius
ſummæ, prout in effectu reſtituta fuerit, prætendente mo-
dò Caſtellano ad primæva jura redire juxta declarationem
& proteſtationem ſupradictam, motoque per eum judicio
contra heredes Lucæ interim defuncti, & illius fidejuſſoris
pro conſequutione fructuum cenſus decurſorum à die reſti-
tutionis pecuniarum vigore inſtrumenti cenſus, & aliorum
inſtrumentorum, & excipientibus reis per ſolutionem ſortis
cenſum fuiſſe extinctum, nec dari regreſſum ad primæva ju-
ra, propterea nec ad fructus actionem competere: dedi du-
bium, *an debeantur fructus cenſus à die reſtitutionis pecunia-
rum*: quo propoſito, utraque parte informante, fuit reſolu-
tum illos deberi.

Fundamentum reſolutionis fuit, quia licèt per reſtitutio-
nem ſortis regulariter cenſus extinguatur, interveniente
ſcilicet actu retroſimili reſtitutionis pecuniarum, & conſen-
ſus partium, juxta *l. primam C. quando licèt ab emptione diſcede-
re*, cum aliis allegationibus in Romana cenſus 20. Februar.
1612. coram Reverendiſſimo Domino Pamphilio; tamen id
procedit, ubi pecunia in reſtitutione datur libera, & irrevo-
cabilis, prout in conſtitutione cenſus fuit tradita, & per do-
minium cenſus recipitur ſimpliciter, & abſque reſervatione
priorum iurium in eventum evictionis pecuniarum, ſeu im-
pedimenti, non autem ubi prout hic fuit recepta pecunia
vinculata, & obnoxia reſtitutioni, & ſic revocabiliter; vel
ubi recipiens, ut fecit Bernardinus, conſuluit ſibi per reſer-
vationem, & regreſſum ad primæva iura, ſiquidem quoad
primum de revocabilitate, cum non dicatur intervenire a- 2
ctus retroſimilis omninò requiſitus ad extinctionem cenſus,
non inducitur vera, & perfecta extinctio, ſed ſub conditio-
ne, quatenùs pecunia non evincatur, itaut adveniente ca-
ſu reſtitutionis ſolutio habeatur pro non facta, *juxta dictam
l. primam, l. ab empt.* ubi Bart. & Doctoris *ff. de pact.* undè cùm 3
titulus reducatur ad non titulum, poteſt dominus Cenſus
redire ad primæva iura conſequendi fructus ſui cenſus, ut
per

per Rot. *dec.* 370. *n.* 3. *& dec.* 634. *n.* 8. *p.* 1. *rec.* Grat. *diſcept. fo-
renſ. c.* 885. *n.* 25. & benè per Cenc. de Cenſib. *p.* 3. *c.* 1. *art.* 5. *n.* 21.

Et quoad ſecundum de reſervatione regreſſus ad primæ-
va jura, illa operatur effectum regreſsus ad primæva jura,
etiam in caſu veræ extinctionis, ut eſt, quando pecunia,
vel aſſignamenta dantur libera, ut probat text. *in leg. ſi quis
aliam*, ubi notat Bart. & Doctores, *ff. de ſolut. & in l. libera*,
ubi gloſs. *in verbo non prohibens*, & Bart. *n.* 3. *C. de ſent. & inter-
loc.* Cipol. *caut.* 123. Boer. *dec.* 137. *poſt med. verſ. et ideò affluit*,
Afflict. *dec.* 135. *n.* 18. & ibi Urſill. *n.* 13. & in propriis terminis
cenſus, quòd reſervatio jurium contra principalem, & alios
obligatos ſit incompatibilis cum extinctione cenſus, ex ſu-
pra allegatis fuit deciſum in Romana cenſus Junii 1603. co-
ram bonæ memoriæ Cardinali Sacrato, quæ eſt poſt Cenc.
289. *n.* 2. & latè idem Cencius *ubi ſupra art.* 6. *ſub nu.* 16. *verſ.* 2.
verſ. poteſt dubitari, et tribus numeris ſequentibus, Surd. *dec.* 166.
n. 6. & Falician. in tractatu de Cenſibus *tom.* 2. *lib.* 3. *n.* 16. *verſ.
quare creditor*; ſiquidem dicta proteſtatio inducit defectum
conſenſus, itaut cenſus non cenſeatur extinctus, Rota *deciſ.*
56. *nu.* 6. *part.* 1. *rec.* Reſervatio namque ex conventione par-
tium ſemper eſt attendenda in contractibus, niſi expreſsè
reperiatur prohibita, *§. in conventibus, ff. de verb. oblig.* & be-
nè facit text. *in l. voluntate, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol.* quem
in termiuis noſtris in puncto ponderat Milanen. *dec. ſicul.* 9.
n. 43. *&* 44. *lib.* 2. & poſt eum Cenc. *ubi ſupra part.* 3. *cap.* 1. *qu.* 3.
art. 5. *n.* 21. iuncta præcipuè clauſula, *& non alias*, quę remo-
vet conſenſum ab actu, proindè ac ſi contra inſtrumentum
cenſus nihil actum fuiſset, gloſſ. Bald. & alii *in l. ſiquidem,
ff. de except.* Grat. *conſ.* 738. *n.* 17. Caput. *dec.* 82. *n.* 4. *part.* 3. Rot.
dec. 13. *n.* 6. *par.* 1. *rec.*

5 Ex quibus propterea ſequitur, quòd quemadmodum
ante receptionem ſortis poterat Bernardinus agere ad fru-
ctus conſecutionem vigore ſuorum inſtrumentorum con-
tra Lucam, & ejus fidejuſſores; ita etiam poſſit poſt illius
reſtitutionem juxta præmiſſa, Seraph. *deciſ.* 872. *nnmer.* 3.
Nec reſervatio eſt referenda, ſeu reſtringenda ad ſortem,
ut ex adverſo dicebatur, cum vigore priorum inſtrumen-
torum nulla ad illam competeret actio; ſed ſolùm ad fru-
ctus, & ſic in eis tantùm poteſt verificari reſervatio. Rota
deciſ. 70. *nu.* 18. *part.* 2. *diverſ.*

Nec obſtare dixerunt Domini ex adverſo allegatas deci-
ſiones in Romana Salviani 25. Junii 1600. coram Litta, in
Romana anterioritatis 4. Februarii 1608. coram Juſto, &
in ſupracitata Romana cenſus 20. Februarii 1612. coram
Reverendiſſimo Pamphilio, quia in illis non erat pa-
ctum expreſſum, quòd poſſet agi ex primævis juribus, & ex
primo contractu, ſed ſolùm erant ſimpliciter reſervata jura,
cum tamen extinctio eſſet liberè facta, & conſtaret ex plu-
ribus circumſtantiis de intentione partium recedendi à
priori contractu, ut benè ratiocinatur Cenc. *quaſt.* 190. *nu.* 1.
verſ. ex qua dationes & in propoſito caſu nulla poteſt conſide-
rari innovatio, cum ad excludendam conſtet de clara in-
tentione, ex pacto expreſſo partium redeundi ad primæva
jura, in quibus terminis etiam deciſiones prædictæ hujuſmo-
di regreſſum admittunt, & cenſum temporaliter, & ſub con-
ditione extinctum reviviſceret, ſi id, quod datur, auferatur,
& non remaneat penes Dominum cenſus, itaut dictæ dę-
ciſiones retorqueantur.

Nec admittebant Domini, quòd iſte videatur novus cen-
ſus, itaut ſint neceſſaria requiſita Bullæ Sanctæ memoriæ
Pii Quinti de creandis cenſibus; ſiquidem verius eſt nos ver-
ſari non in creatione novi cenſus, ſed in creatione prioris
cenſus, cujus vis remanſit in ſuſpenſo ex dicta reſervatio-
ne, & proteſtatione, ut patet ad ſenſum; Bulla autem ha-
bet reſpectum ſolùm ad primam impoſitionem, ut fiat prę-
7 ſenti pecunia, & cum aliis requiſitis prout in ea; ſed circa
extinctionem, quòd poſſit, vel non poſſit fieri ſub condi-
tione, vel ad tempus, & revocabiliter, & cenſus ſemel
extinctus non reviviſcat ex conventione partium, nihil
diſponit; ideòque remanet cenſus in diſpoſitione juris com-
munis, & Bullę diſpoſitio non eſt extendenda ad caſus
non expreſſos, ut benè per Molin. *de contract. impreſſ.* poſt
Cenc. de Cenſibus *diſput.* 394. *num.* 7.

Et ita concluſum utraque parte informante &c.

R. P. D. DELA TREMOVILLE.

Cornetana Juris Offerendi.

Ven. 20. Martii 1699.

ARGUMENTUM.

Jus offerendi creditori poſteriori concedi adverſus ante-
riorem, qui adjudicationem obtinuit rei communis
debitoris, affirmat Card. de Luca *de credit. diſc.* 32. cu-
jus dictum in hac deciſione ampliatur etiam, ubi poſte-
rior ſciverit, quòd ſequebatur adjudicatio, & adhuc
comparere omiſerit.

SUMMARIUM.

1 *CReditor poſterior poteſt offerre creditum creditoris ante-
rioris, & ab eo rem debitoris judicialiter ad judicatam
avocare, & n. 3.*
2 *Dummodo diſtractioni pignoris ipſe poſterior non intervenerit,
vel illam probabiliter ignoraverit, quia aliàs poſt perfectam
adjudicationem à iure offerendi repellitur, & num. 4. 5. 6.
& 7. declara tamen, ut nu. 18. 29. & 30.*
8 *Jus offerendi poſteriori non competit ad vindicandam rem ſibi
hypothecatam, & ad inſtantiam anterioris tertio licitatori
deliberatam.*
9 *Minuſve competit, quoties creditor anterior pignus ſibi à debi-
tore traditum vendiderit in vim facultatis in illius conſi-
gnatione à debitore ipſi attributa, & n. 10.*
11 *Pignus prætorium quod creditori in concurſu adiudicatur, tran-
ſire dicitur ex facto debitoris in ipſum creditorem, & nu. 12.*
13 *Et hac translatione non remanent præiudicati poſteriores, & n.
14.*
15 *Adeòut illi valeant offerre pretium, & pignus avocare, licèt
ſciverint adiudicationem, n. 19. ac 20.*
16 *Creditor obtinendo pignoris adiudicationem præſumitur, ne-
dum dominii adipiſcendi, ſed etiam conſervandi pignoris
ſui cauſa illud voluiſſe acquirere.*
17 *Hæcque præſumptio contrarias non advertit probationes.*
18 *Ex quibus eliciatur voluntas acquirendi tuitionem pignoris
iure hypotheca non iure dominii.*
19 *Corruit adjudicatio emiſſa abſque præventiva æſtimatione.*
20 *Ut Jus offerendi dicatur ex ſcientia adjudicationis amiſſum, non
tantum requiritur citatio poſterioris in adjudicatione, ſed in
quolibet actu præparatorio ad illam.*
21 *Æſtimatio regulata ad rationem quatuor pro centenario, &
anno, detractis expenſis, non probat verum rei valorem.*
22 *Maximè prædiorum Urbanorum.*
23 *Adjudicatio facta in ſequelam conditionalis electionis reputa-
tur reſolubilis, quouſque non purificetur conditio.*
24 *Et quacumque ſcientia adiudicationis non obſtante, poſteriori
competit jus offerendi, quouſque adveniat conditionis imple-
mentum.*
25 *Adiudicatio quando non dicatur perfecta.*
26 *Creditor qui poſſidet pignus ad acquirendum dominium virtute
adiudicationis, neceſſe non habet de ulteriori judicis mini-
ſterio; declara tamen, ut n. 27.*
28 *Jus offerendi datur tantùm in ſubſidium.*

DECISIO XIII.

IN generali concurſu creditorum ſuper omnibus bonis
Vincentii, clar. mem. Card. Tauruſinus, tunc A.C. Lo-
cumtenens, pronunciavit illa adjudicanda eſse creditori-
bus, qui pręvia ęſtimatione, & ſervato ordine anteriorita-
tis, ſeu potioritatis juxta graduationem dicta bona elige-
rent, factaque electione mandatum de immittendo expedi-
re teneretur; ſed inter eligendum grandius ęs alienum e-
merſit, undè cum Dom. Cardinalis Mareſcottus, & Com-
Alexander ejus frater vigeſimo loco graduati ſe penitùs ex-
cludi agnoviſsent, curarunt fieri indemnes perſequendo pi-
gnora prioribus creditoribus in ſolutum data, egeruntque
contra Cęciliam debitoris uxorem octavo loco collocatam,
quę elegerat bona re, & pretio magis conſpicua, oblataque
illi omni pecunia debita, pignoratitia bona ab eadem electa
retrahere poſtularunt, votique primùm compotes facti ab
R.P.D. Origo A.C. Locumtenente, rejecti deindè fuerunt à
Rota per ſententiam latam à R.P.D. Lancetta pręviis dua-
bus deciſionibus editis 22. Martii, & 9. Decembris 1697. in
quibus dicebatur poſterioribus creditoribus, qui aliter in-
demnes fieri non poſsent, ſumma juris ęquitate conceſsum
eſse perſequi pignus, quod priori creditori auctoritate Ju-
dicis adſcriptum eſt, oblata illi tota pecunia debita unà cùm
fructibus, cęteriſque medii temporis acceſſionibus, tametſi
oblatio ſupervenerit poſt iudicialem adiudicationem rectè,
ritèque factam, ut communiter docuerunt Salicet. *in l.* 1. *C. ſi
antiq. cred.* Riminald. Jun. *conſ.* 3. *n.* 9. & 10. *lib.* 1. Faber. *in C. lib.*
8 *tit.* 10. *definit.* 1. Morott. *de iur. offeren. num.* 38. Cyriac. *con-
troverſ.* 193. *num.* 6. Aſin. *de execut. §.* 7. *cap.* 111. *num.* 1. Mangil.
de ſubhaſt. quaſt. 82. *numer.* 11. *&* 15. Merlin. *de pignor. lib.* 4.
quaſt. 43. *num.* 11. *& quaſt.* 47. *num.* 2. Carleval. *de Judic. lib.* 1. *tit.* 3.
diſput. 12. *n.* 11. de Marinis *varjar. reſol. lib.* 1. *cap.* 219. *num.* 23.

ibique